




**Explanatio Danielis prophetae quinque primorum capitum :
tradii in celeberrima Basiliensi Academia, Anno Epochae
Christianae 1583, & iam edita in pia, studiosaeq[ue];
iuuentutis gratiam,**

<https://hdl.handle.net/1874/428830>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**


More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

108
N N° 13




50

15

1874
1875







163


Biblia et interpretes

Octavo n.º. 163.

Kastl 108
H. N. 13







N. 30. B.

ex dono Buchely

EXPLANATIO

DANIELIS PRO-

PHETÆ QVINQVE PRI-

MORVM CAPITVM, TRADI-

ta in celeberrima Basiliensi Academia, An-

no Epochæ Christianæ 1583, & iam e-

dita in piæ, studiosæq; Iuuen-

tutis gratiam,

A

IOANNE IACOBO GRYNÆO, 1587

Sacrae Theologiæ professo-
re publico.

1. COR. 14. 30.

Quod si quid alij patefactum fuerit assi-

denti, prior taceat.



B A S I L E A E,

P E R S E B A S T I A N V M

H E N R I C P E T R I.



1840

1840
1841
1842
1843
1844
1845
1846
1847
1848
1849
1850



VERE NOBILI VIRO,
DN. MARTINO SCHIL-
LINGH, GENTE
SILESIO,

Ioannes Iacobus Grynaeus

S. P. D.



NIMADVERTI se-
penumerò, vir clarissi-
me, & tibi, candido, cor-
datoq; estimatori inge-
niorum: & multis alijs
florentissima gentis ve-

stræ viris, doctrina, virtute & pietate præ-
stantibus, admodum gratam esse recorda-
tionem vitæ innocenter actæ, meritorum in
Rempub. literariâ & Ecclesiam, et virtutū

PHILIPPI MELANCHTHONIS:
qui tanquã nostri huius seculi DANIEL,
tantisper dum inter mortales vixit, ac Dei
consilio fideliter, eleganter & patienter ser-
vavit, reuera vir bonus quod esset, *κοινὸν ἄ-
γεδόν* & magnum quog; Ecclesiæ Dei in Eu-
ropa nostra, lumen, columen, & ornamen-
tum fuit. Ideò, quum editurus essem Enar-

):(2 ratio-

P R A E F A T I O.

rationem quinq; primorum Caputum Da-
 vielis: eamq; tuopotissimum, vir nobilis, no-
 mini consecrare animus ferret: visum mihi
 est, de beato illo viro, MELANCHTHO-
 NE, tecum suauiter συμφωνοῦν: & qui-
 dem initio facto à diuino illo oraculo: I N
 M E M O R I A A E T E R N A E R I T
 I V S T V S, Psal. 112.6.

Vult Deus nos, summa cum beneuolētia,
 & admiratione virtutis & artis: vite in-
 culpatè actæ & laborum boni publici ergò
 exantlatorū, memores esse DVCTORVM
 nostrorum, qui loquenti sunt nobis sermonē
 DEI: vult etiam nos imitari eorum fidem,
 & considerare qui fuerit exitus conuersa-
 tionis eorum, Hebr. 13.7. Quos enim su-
 perstitēs & adhuc spirantes, ad nos mittit
 Dominus, ij nobis excipiendi sunt in Domi-
 no, cum omni gaudio: & in pretio habendi,
 vt cum gaudio, & non gementes publicis
 commodis seruire possint, Phil. 2.29. Hebr.
 13.17. Quos verò vite huius statione &
 liturgia in cælestem patriam vocauit Do-
 minus, eorūdem memoria nos delectari, &
 ad fidei, spei, charitatis, sedulitatis, tempe-
 rantis

P R Æ F A T I O.

rantia & modestia illorum imitationem accendi decet: ut illorum insistentes vestigijs, lampada VERITATIS & PACIS ab illis per manus traditam, ipsi quoque discipulos gestemus, & personam quisque suam tuentes, Lampada fulgore lucis diuina plenam & conspicuam, posteris amanter & officiosè tradamus, ἡ δὲ φωνὴ τοῦ λόγου, studio habentes.

Fuit autem hoc nostro seculo, sacri Piorum agminis, secundum omnipotentem DEVM & DOMINVM IESVM CHRISTVM, προσηγορισὺς & Antesignanus, nemini alteri secundus (et si ille suos συμπαρασῶρας modestissimè agnosceret, & amantissimè complecteretur) DN. PHILIPPVS MELANCHTHON, vir amore bonorum, & malorum odio, toto orbe Christiano longè clarissimus: quem ante annos 25, immortalitatis & beatitatis ruderatum, in cælestem Academiam, euocauit & traduxit is, cui ille vixit, seruiuit, vigilauit & demum ut in æternum viveret carne etiam est mortuus: ne spectatorem agere cogereur tristium quorundam

P R Æ F A T I O.

eventuum, qui nō multò post ipsius beatam
αὐτὸς ἢ seu migrationem, sequuti sunt.

Daniel, adhuc adolescentulus abductus
 est cum Rege Iechonia, & multis alijs pijs,
 (qui Ieremia propheta salutare consiliū se-
 quuti, deditiōem fecerant) in Babylonem,
 à victore Monarcha Chaldeorum Nebu-
 cadnezare: & in regia aula educatus, reli-
 giosè & temperanter vixit inter medios I-
 dololatras: unà cum pijs sodalibus Hana-
 nia, Misael & Azaria: de quibus dicitur:
 Pueris istis quatuor dedit Deus cognitionē,
 & intelligentiam in omnibus literis & sa-
 pientia: at Daniel intellexit ultra illos om-
 nem visionem & somnia, Dan. 1. 17.

Philippus noster Melanchthon, admodū
 iuuenis, Vitebergam ad Græcæ linguæ pro-
 fessionem, Anno Epochæ Christianæ 1518,
 à FRIDERICO, sapiente, Septemuiro
 Principe & Saxonum duce, clementer vo-
 catus: euphemismo viri clarissimi Capnio-
 nis confirmatus fuit, quum hic illi eadem di-
 ceret, quæ olim omnium fidelium patri edi-
 xit IEHOVAH. Abi è terra tua, & è co-
 gnatione tua, & è domo patris tui, ad terrā
 quam

P R A E F A T I O.

quam ostendā tibi, Gen. 12. 1. Spartā illam
 Academicā, ornandam cui Deus suscepit: ac,
 ut D. N. L. V. T. H. E. R. O natus maiori id presti-
 tit, doctrinae alimenta & moderata cōsilia
 suggerēdo, quod olim Athanasius Alexādro
 Episcopo Alexandrino: & ab eodem zeli pro
 gloria Christi ardoris, sacræq; exhortatio-
 nis testimonio egregiè est cōfirmatus: inter
 multos autem hisce eximys viris propè æ-
 qualibus suis, Crucigero patri, Milichio: na-
 tu minoribus, Victorino Strigelio, Stigelio
 Poëtæ, Ebero, Chytraeo, Herbrando: denique
 Mollero, Crucigero Iuniori, Pezelio, V. vide-
 bramo: Christi Iesu fidelibus & orthodoxis
 testibus: ac in primis genero suo D. Pencero
 V. Cl. multisq; alijs, dum primum condumq;
 eruditæ doctrinae per multos annos agit, in-
 feruijt. Neq; verò illi cū CHRISTO bea-
 tam in caelesti patria vitam agenti, eius rei
 alio testimonio opus est, quàm horum, quo-
 rum nomina adscripsi, vocis & scriptorum
 documētis, quæ cui tandē, post DEVM lar-
 gitorē donorū, accepta ferri debeāt, ij q; cōsi-
 derato mentis iudicio excellūt, facile enim
 verò hætenus potuerunt animaduertere.

P R Æ F A T I O.

Hieronymus Stridonensis, DANIELI propheta hoc elogiū merito tribuit: Quartus, qui & extremus inter prophetas, temporum cōsciū, & totius mundi Philoſophus, lapidem præcisum sine manibus de monte, & regna omnia subuertētē, claro sermone pronunciat.

Erasmus Roterodamus, quū Anno Christianæ Epochæ 1515, Annotationes suas in nouum Testamentum, conscriberet, quasi præsaga boni magni mente, dum catalogum patronorum & amicorum texit, 1. Theſſ. 2. At, inquit, Deum immortalem quam non spem de se prebet, admodum etiā adolescēs, & penē puer, Philippus ille Melanchthon, utraque literatura penē ex æquo suspiciendus? Quod inuentionis acumen? quæ sermonis puritas? quanta reconditarum rerū memoria? quā varia lectio? quā verecunda regiæq; prorsus indolis festiuitas?

Vt autem pulchrorum etiā autumnus pulcher est: secūdum vetus prouerbiū: ita Philippi Melanchthonis eximia dotes ingenij, cum atate creuerunt: ac Deo opt. max. ubertim ei benedicente, accessit, & multa-

rum

P R Æ F A T I O.

rum maximarum rerum experientia, prudentia magistra: & gratiosa auctoritas, qua & amabilem & reuerendum eum reddidit omnibus prudentibus & moderatis viris, etiam inter eos qui diuersam Religionem profitebantur: in quorum numero fuerunt Sadoletus, Viues & complures alij: acetum profectò in pectore habentes & emundatariis homines.

Quid ad reuocandas, quasi postliminij iure, Linguas Græcam & Latinam, per annos quadraginta, non præstitit Melancthon? Quam ille Philosophia partem, scitu maxime necessariam, non illustriorem reddidit? Quis illo exemplis in medium productis verius esse ostendit id quod elegantissimè monuit Iohannes Chrysostomus: Ars sine usu, sterilis est: Usus sine arte, temerarius? Quis ante Melancthonem nostro hoc seculo, edidit $\mu\epsilon\theta\delta\iota\kappa\lambda\iota\omega\ \sigma\omega\mu\alpha\tau\omicron\pi\acute{\omicron}\iota\sigma\iota\omega\upsilon$ & formam sanorum sermonum? Quis in Comitibus Augustanis, Anno 1530, pie doctrinæ Confessionem (præter Bucerum qui itidem publico nomine Ecclesiarum Argentinensis & trium cõiunectarum, Confessionem præ-

P R Æ F A T I O.

claram tum quoq; composuit) nomine illustriſſimorū quorūdam Principū, & laudatiſſimæ Urbis Noribergensis, cōſcripſit? Quis eidem poſteriorum curarū neceſſariā limā adhibuit, nitorē addidit? Quis eandē in tot Imperij cōuentibus, è verbo Dei tutatus eſt? Quis interea tot millia diſcētū, in Vitebergensi Academia, cuius ipſe ocellus erat, rexit: ingenia plura excitauit, accēdit ſtudiū diſcendi, acuit, fouit? Quis denique mores quorundam, maiore equanimitate & mo-deſtia tulit?

Daniel, ſub Regibus Nebucadnezare magno, Euilmerodacho, Baldaffare, Dario, Cyro, multū diſſimili conditione uſus, perſonā tueri potuit: & ſenex miſſus in lacū leonū, diuinitus ſeruatus eſt.

Philippus, ut ſub Principibus quinq; Aca-demica militia functus, & eorū & quorundam piorū Collegarū officioſam virtutem expertus eſt: ſic etiā inter aſpides & baſiliſcos incedere neceſſe habuit: ac Deo eum gubernante & protegente, ſeruatus eſt mirando modo, donec in æternam Academiam letus & alacer tranſiit.

Xeno-

P R A E F A T I O.

Xenophon laudans Socratem, inter cetera ait: ἄσο μοι παρέχει τῷ πόλει. Atqui Philippus, non unius oppidi Vitebergensis (in quo saepius quàm ipsius merita ferrent, necesse habuit non tantum ἀνεργετέω, sed etiam τροποφορέω: sed totius Germania ornamentum fuit: ac moriens non minus verè, quàm olim Socrates, dicere potuit: Scio me mortuo, etiam hostes meos dicturos esse: & neminem à me consultò iniuria esse affectum: & studio mihi fuisse auditores meliores reddere, non deteriores.

Memoria proditū est, Socrate interfecto, quum nondum eius rei fama apud externos percrebuisset, Athenas, ipsius potissimum videndi & audiendi gratia accessisse, nobiles quosdam adolescentes Ponticos. Hi quum in Antisthenem, fortè incidissent, quaesierunt, ubinam sita essent ades eius viri, qui Delphico Apolline iudice, Græcorum omnium sapientissimus esset. Antisthenes, dolorem, quem ex innocentis magistri indigno interitu acceperat, alto corde premens, quamprimùm eos ducit ad Anyti domū, & pro foribus stans, clara voce ait: Hic habi-

P R Æ F A T I O.

tat vir multò sapientior Socrate, ut qui & accusarit eum, & neci dandū curarit. Hac voce ita commoti sunt ciues Atticæ urbis, quos facti illius iam pænitebat, & qui defunctum Socratem frustra cæperant desiderare, ut Anytum exilio mulctarent, & tanquam patriæ alastorem & pestem, relegarent.

Enimuerò, quibus in locis Germania, & in quibus mandris, versentur quidam Philippo Melanchthone multò doctiores et meliores viri: qui ut eius ferula manum pridem subduxere: sic ausu Herculano sua censura, eundem unà cum multis magnis, doctisq; viris, subiecere, nemo ignorare potest. Equidem, quum non deceat nos vinci ab eo quod malum est: sed vincere bonitate malitiam, ipse quidem malim istis Harmostis à Deo meliorem mentem precari, quàm de illorum iniurijs prolixè queri. Habeo enim id psuasum, quod etiam apud Platonem dicitur: Iniuria alium, & quidē innocentem, afficere, malorum omnium maximum est,

Sit itaq; nobis omnibus iucunda & gratia me-

P R A E F A T I O.

in memoria Philippi Melanchthonis: commendetur etiã ingeniose Iuuentuti assidua & diligens lectio Scriptorum illius Phœnicis Germanici: qui tulit omne punctum hominum prudentũ, quia miscuit utile dulci: & Deo grata, necessaria & vsibus accõmodata fideliter et perspicuo sermonis genere, tradidit.

Loquutus est Dei sermonem Melanchthon: & Theologiam Prophetarum & Apostolorum sincerè & dextrè professus est. Ideò decet & nos fidem illius, & in eadem virtutem, scientiam, temperantiã, tolerantiam, pietatem, animum in fratres propensum & charitatem, tanquam Ægypti, strenuè imitari.

Consideremus etiã qui fuerit exitus conuersationis ipsius, et aliorũ piorũ: quorũ pia vita in Βαβυλωνια, hæc verò in beatã Ἰερουσαλημ, est conuersa: sinemq; ærumnarũ eis & initia æternæ beatitudinis, attulit. Et quum ipsimet desiderio clari conspectus Dei & liberationis à toto peccato: ac spe vitæ æternæ ærumnas nostras leniamus: gratulemur ys, qui nos præcesserũt, felicitatem & gloriam
illam

P R Æ F A T I O.

illam inenarrabilem qua nunc fruuntur, nostrum aduentum & optantes & prestolantes: non autem ad huius animalis vite miseriae redire cupientes.

In horum numero, quum virum amplissimum fratrem tuum, D. DANIELEM SCHILLINGVM, non ita pridem inclytæ urbis Vratislaviensis Senatorem, DEVS ille viuorum esse voluerit, ut primum ex V. Cl. D. IACOBI MONAVII I. C. & Polyhistoris: deinde & ex tuis, praestantissime DN. MARTINE, literis, didici, ut piè defuncto gratulor, æternam beatamq; consuetudinem cum Filio Dei Domino nostro IESV CHRISTO, cum Daniele ipsi quousvique propheta, cum Philippo Melancthone: sic spero futurum, ut secundum diuinas consolationes, in hoc tristissimo casu tuo, solatio tibi sit virtus & ingenij elegantia, nepotis è sorore tui, SEBALDI SAROMANNI, quem tandem absoluta Academica periodo, saluum & incolumem in dulcissimam & benè moratâ patriâ reuersum esse, valdè letor, tum quia domus meæ decora, ὁμοτροπία τῆς ψυχῆς ὁμοστροφῶν μου (fuit autem

P R Æ F A T I O.

autem inter hos & SEBALDV S) ita mihi cordi sunt, ut non desinam illis & adhuc inter exteros versantibus, & domū reuersis, benè precari: tum, quia audierā Biturigibus Gallorum, illum agrotauisse proximè mortem: sed Deum & illius & nostri misertum, eundem sibi, suis, & nobis restituisse viuum.

Vides, vir nobilissime, nobis per omnem nostram vitam, inter surgentes cadentesq; versandum. Sed benè habet, quòd cadimus resurrecturi: & quòd CHRISTVS nobis lucrū inestimabile est & in vita & in morte: & quòd beati sunt mortui, & lucis: requiescunt enim à laboribus suis, & opera eorum sequuntur eos.

Delector hac Seneca parabola: Ut qui meminerunt se inquilinos esse, & in conducto habitare, & modestiùs se gerunt, & minus grauatim exeunt: ita qui intelligunt domicilium corporis ad breue tempus à natura commodatum esse, & viuunt temperantius, & libentius moriuntur.

Sed ne quis Corporum nostrorum, quæ sunt Tempia Spiritus sancti, *καὶ οὐκ ἐβαίου*
inde

P R Æ F A T I O.

yalias præclarissimis speciminibus. In horum censu & fratrem tuum fuisse, quum probè intelligas, proprietate tua, in Dei (cui visum est e mortaliu contubernio citò eundem subducere) acquiescere debes.

Delector autem & hac Seneca parabola: Ut felicior est, què ventus acrior citò in portum pertulit, quàm quem venti segnes, & longa tranquillitas lentissimo tadio delassarunt: ita fortunatior, què festinata mors statim his vitæ malis eximit.

Sed tamè ex pietatis doctrina discamus, & vitæ huius benedictionem rectè estimare, si quidem eius diuturna vsura nobis concedatur, memores simus nostri finis architectonici, cuius gratia conditi & redempti sumus: videlicet gloriæ Dei: ac repetamus illud propheticum: Benefac seruo tuo, ut viuam, & custodiam verbum tuum, Psal. 119. 17. si verò breue sit vitæ spacium, nihilominus eamus ouantes animis, & spe æternæ vitæ & gloriæ, nostra, si quæ esse videntur, damna leuemus.

Sapè autem repetamus Hieronymi ad Heliodorum exhortationem: Quando omnis sapien-

P R A E F A T I O.

*Sapientum vita, secundum Plato, nem me-
ditatio est mortis, debemus & nos prae-
ditari, quod aliquando futuri sumus: & quod
velimus nolimus, longè abesse non potest.*

*Eo etiam nomine saepenumero aliorum pio-
rum fata & euetus memoria repetimus: &
virtutem aliorum, quantum fieri potest, imi-
temur, ac Dei iudicia adoremus. Non enim
nos fugit sententia distichi:*

Non urbs, non regio, non aetas ulla seueri
Iudicij exēplis, non domus ulla caret.

*Est in vicina Ergouia, arx ad lacum sita,
in qua patrum memoria, vir stemmatis, vir-
tute & religione nobilis, diuersatus est, cum
grandæua coniuge, & duobus frugi filiis. Prae-
ter hos duos, qui iam tum adoleuerat, nul-
li ipsis liberi, res autem familiaris lauta erat.*

*Euenit autem messis tempore, quum serui
& ancillule in agris abessent, nemo ut do-
mi remaneret, prater Patrem & Matrem fa-
miliam, & duos heriles filios. Quum autem
his duobus placuisset, refrigerandi corporis
& exercitij causa, in lacu limpido, caelo se-
reno, sese exercere natando: Patre, heroico
sene, è sublimi prospectante: ibi verò alter è
duobus*

P R Æ F A T I O.

duobus natādo longiūs prouectus in altum,
 incidit in quandam voraginem in qua cir-
 cumactus & demersus, interijt suffocatus.
 Quod aqua limpidissima tum esset & Solis
 splendor clarissimus, cernere pater, cū mor-
 te luētantem & demum succumbentem in
 agone filium, poterat.

Vt autem nulla ferè calamitas sola est, ab-
 ter vt fratri laboranti subueniret, natan-
 do propiūs accedens, ipse quoque, Patre ista
 suis oculis, minimè siccis, spectante, demer-
 sus, supraq; germani vix dum extincti cor-
 pus iacens, expirauit. Aderat nemo morta-
 lium, qui periclitantibus succurreret.

Pater, quum lachrymis & lamentationi
 horas duas dedisset, lota facie, absterfis la-
 chrymis, altum corde dolorem nonnihil pre-
 mens, descendit: & ἐγκύκλιος οἰκονομικὰ tra-
 ctantem coniugem, offendit. Aperuerat au-
 tem illa arcam ingentem, vt lineamina diu
 non visa, exploraret.

Tum Nobilis, Dic mihi, ait, charissima
 Coniunx, qua tandem consolatione tibi v-
 tendum censes, si quē intelligas frustrā de-
 plorare omnium pretiosissima rei iacturā,
 quæ

P R A E F A T I O.

qua nec opibus, nec consilio ullo, nec vlla cognatorum & amicorum opera redimi aut recuperari valeat?

Respondit Heroïna: Equidem auctor illi essem, ut suam voluntatem diuinæ reuerenter subiiciens, moderatè & patienter ferret id quod mutari non potest.

Tum ille, rursus erumpentibus præ dolore lachrymis, lamentabili voce vsus: Det, ait, tibi Dominus IESVS eam gratiam, qua tibi mihiq; nunc maximè opus est, quando ἀποσδοκῆτος, me spectāte, duo charissimi nostri filij, in lacu submersi interiēre.

Heroïna his auditis sensit aliquid humani quum in deliquium animi prius incidisset, quàm consolatione seipsam erigere posset. Sed desino noctuas Athenas mittere.

Dominus IESVS CHRISTVS, det ut ipsi viuamus, moriamur, resurgamus: & ut cum eodem in Paradiso in omni aternitate versetur. Eidem omnipotenti, veraci Deo, & Mediatori, te, vir nobilissime, & omnes pios, qui Vratislauia & alibi in Silesia vestra versantur, vnicè commendo. Benè & feliciter vale. Per scriptum
Basilea.

IOAN. IAC. GRYNAEI

S. THEOLOGIAE

Professoris,

IN

DANIELEM PROPHETAM,

τὰ προλεγόμενα.



VAN QVAM multi sunt, *Leclio 1. s.*
qui speciosum Proœmium; *Apr. 1583.*
ueluti *τηλαγωγίς πρόσωπον*, requi-
runt, si quando eximium ali-
quod Opus enarrandum esse
vident: quia tamen persuasum habeo, non
tam magnifica, quam utilia & necessaria
sciri, logicè mihi tradenda esse (sic ut mul-
ta paucis complecti liceat) omiſſa præfa-
tione panegyrica, breuiſſimi Syllogismi
complexu (adiuncta enim est paruis gratia
rebus) *τὰ προλεγόμενα*, de quibus mihi quidem
dicendum, uobis autem qui aſſideris, pro-
nuncian- dum erit, *ὡς ἐν τύπῳ* proponam. Oro
autem Filium Dei, Dominum nostrum Ie-
sum Christum, qui nobis hoc dicto: Qui le-
git, animaduertat, Matth. 24. 15. Danielis
Prophete Lectionem accuratam commé-
dauit: ut Spiritu suo sancto nos in omnem
ueritatem ducat, & oraculorum inuolu-
ta aperiat; ad gloriam suam, & nostram
a institu-

institutionem, & consolationem, Amen.
 Summo studio legēdi sunt ij libri, quorum Principia nobilissima sunt, & quorū est singularis utilitas & necessitas.

In eorum autē numero est Danielis Prophetæ liber.

Quare is quoq;, nobis accuratè legēdus est.

De Propositione.

Quum ex Principijs, æstimatio eorum quæ ex ijs profecta & extracta sunt, peti debeat: quis dubitet uerè sacra principia & eorum effecta, profanis omnibus longè esse anteponenda?

Sacra uoco ea, quæ ab auctore Deo sancto profecta: ministerio selectissimorum eius Seruorum, & præconio, promulgata: utriusq; Gubernationis generis humani, Ecclesiasticæ inquam & Ciuilis, exempla cōtinent: ac docent Regum Regem Iesum Christum, dominari in medio inimicorum suorum: colligere & tueri Ecclesiam inter medias Imperiorum ruinas, & humani generis mutationes & confusiones: ac ut olim in carne patefactus, pro nobis ^{uota} persoluit in crucis ara: sic suo tēpore uenturum esse, ad iudiciū uiuorū & mortuorū.

De Assumptione.

Libri uerò Danielis Prophetæ, Principia,

PROLEGOMENA.

3

pia, omnium sunt nobilissima, & usibus nostris accommodatissima.

Principia autem illius duum generum sunt, Externa & Interna: de quibus sigillatim & breuiter dicam.

Externa sunt, Efficientes & Finales Causæ.

Efficiens causa est, uel prima & infinita, uel ut *ἀριστοτέλειον*: uel secunda & finita, seu *ἐπαγωγία*.

De Efficiente prima causa.

Oraculorum, de Regno & Aduentu Christi Iesu, de Monarchijs Mundi, de Regnis quibusdam alijs, efficiens prima causa, est Iehouah exercituum.

Eius enim est de his omnibus pronuntiare, cuius nutu & prouidētia, omnia quę fuerunt, fuerunt: quę sunt, sunt: & quę futura sunt, erunt: & cui omnia præsentiā sunt: & apud quem unus dies est ut mille anni, & mille anni ut unus dies. Sed Iehouah Deus noster is est, Act. 17. 28. 2. Pet. 3. 8. Is itaque reuelat abscondita & profunda: nouit id quod est in tenebris: & lux est cū eo, Dan. 2. 22.

Meminerimus autem soli sapiēti & immortalī Deo, lucem inaccessam habitanti, immortales gratias nobis esse habendas,

4 IN DANIELEM PROPHETAM
diuinarum patefactionum causa. Pro summa
enim sua *ελευθερωσις*, prodit ex arcana
sua sede, uoluntatem suam nobis aperit: &
Ecclesiae ac Rerumpub. fata, nobis expo-
nit: ut tandem aliquando discamus, cuncta
Dei opera fieri inter media contraria: &
Christum Dominum regnare in medio ini-
micorum suorum.

De Efficiente organica causa.

Daniel Propheta Iehouæ, ut *αὐτόπτης* fuit
historiae, quam memoriae prodidit: sic Vi-
sionibus diuinis, & Angelorum Colloquijs
edoctus, de Christi regno, & de Monar-
chijs alijsq; Regnis, uaticinatus est.

Plus ualet oculatus testis unus, quã de-
cem auriti: ut habet uetus Prouerbiũ. Si
autem etiam diuina auctoritas, Testem re-
rum gestarum & gerendarum commēdet:
exceptione omni maior rectè habetur.

Etli autem non fert animus, instituere ui-
tę Danielis historicam commemorationē:
quum de ea in enarratione totius libri plu-
rima dicēda sint: Tamen, duo illius elogijs,
ex Ezechiele Propheta adducam, ut quan-
tū Pij superstiti detulerint, nos posteri eo-
rum, intelligamus.

Cap. 14. 14. conferuntur inter se tria lau-
datissima lumina Ecclesiae ueteris Testa-
menti,

menti, Noah, Daniel & Iob. Est autem eximia laus, si quis prophetico calculo, laudatissimis uiris annumeretur: uereq; sit ex Heroum illorum numero.

Cap. 28. 3. Reprehēditur Rex Tyri, quòd ^{ἐκαστὴ} excæcatus, nimium suæ sapientiæ detulerit. Propheta enim, ^{ἀφανεία} usus: Ecce, ait, sapientior es Daniele, & absconditum non occulatur à te. Vnde liquet, etiã prouerbio, rum temporis celebratam esse Danielis sapientiam. Constat autem, nõ esse de nihilo, uulgo quod à pijs dicitur.

Quum autem experientia omnium temporum, exemplis illustribus contestata, edocti, non ignoremus, Prophetas sua ætate, & in sua quenquam patria plærumque ^{ἀρίους}, & exosos fuisse meminerimus, nostrum esse, de huius nostræ ætatis doctoribus & pastoribus fidis & orthodoxis, reuerenter & amanter sentire & loqui: dona Dei, quibus instructi sunt agnoscere: & de ijs, nihil deferre iniquis uulgi imperiti præiudicijs, quum huic solenne sit optimos quosque & modestissimos doctores, contemnere: Glossogastores autem, blandiloquos, & linguæ uolubilitate, & de alijs pronunciandi audacia, instructos, admirari & in summo pretio habere. Notum autem est

6 IN DANIELEM PROPHETAM
illud Iosephi: *ωδὴθθ ἑρρηται πῆς τὸς θραουτῆρῶν*

De Finibus oraculorum Danielis.

1. Ultimus finis Oraculorum, hoc Danielis libro traditorum, est Gloria Christi, Regis Regum, qui ad dexteram æterni Patris sedens, Ecclesiam, uerbo uitæ colligit: benedictione sua instruit: omnipotenti sua dextera tuetur.

2. Proximus autē finis est, Ecclesiæ, quæ dum in terris militat *ἐν τῷ κόσμῳ* cōstituta, & nunquam non periclitari, uidetur cōsolatio. Nihil enim aliud Daniel Propheta agit, quàm ut exēplis & prophetijs grauissimis, ostendat, Deum adesse Ecclesiæ suæ, ac mirabiliter eam colligere & tueri: eoq; nomine benè de ea nobis esse sperandum.

Horum finium consideratione admoniti, primùm quidem omnia nostra studia, dicta & facta ad Christi gloriam & laudē referamus: deinde uerò, benè de rota Ecclesia & priuatim de nobis ipsis, speremus: quum sit scriptum: Ecce non dormitabit, neq; dormiet, qui custodit Israël. Iehouah custodit te, Iehouah umbra stans super manum dexteram tuam, Psal. 121. 4. 5.

De internis libri Danielis principijs.

Principia interna uoco, Materiã & Formam, de quibus Candidati Studij Theologici

logici isthæc cum fructu annotabunt.

De Materia.

Mea quidem sententia nequaquam fuerit ἀποδιόνοσον, aut absurdum, si quis Materiam, quam tractando explicandam & expoliendam Daniel Propheta sibi sumpsit, discernat secundum gradus uitæ, Infimum, qui uitæ priuatæ proprius est: mediū, qui uitæ & gubernationis Ciuilis est: & summū, qui est Ecclesiasticæ administrationis, cuius Princeps est Dominus Dominantiū Iehouah, qui quū ei uisum est, succēturiatis utiē in omni genere uitæ & gubernationis.

Seruit autem omnibus illis ordinib. Priuato, Politicō, & Ecclesiastico, Scholasticus Ordo: quē, si placet, citra Christianismi contumeliā, appellemus sanè Academicū. De hoc non pauca nobis dicenda erunt, in Expositione duorum primorum capitum.

Hæc eo consilio nobis dicuntur, ut manifestum fiat, Danielis lectionem, omniū Ordinum & ætatum hominibus, qui cum uera pietate, φιλομάθειαν, discendi liberalem cupiditatem coniunxerunt, plurimum esse profuturam: ut hæc Inductio, quam subiungemus, ostendit.

1. Quid Priuatis hominib. pueris, mediocrib. tenibus: pacis bellique tēporib. domi

8 IN DANIELEM PROPHETAM
aut foris in exilio: inter domesticos fidei
& inter idololatrias, faciendum, omitten-
dum aut eleganter & constanter ferendū,
fit: rectè & sapienter, propositis egregijs
exemplis, commonstrare: apprimè, ad uitā
prudenter instituendam & peragendam,
hominibus priuatis tum utile tum etiam
necessarium est.

Rectè enim dixit Seneca: Vnam semel,
ad quam uiuas, regulam prende, & ad hanc
omnem uitam exæqua, Epist. 20.

Hanc autē Regulam uitæ, Religio Chri-
stiana felicissimè præscribit: & selectissi-
mis exemplis illustrat.

2. Quid pietatis, uirtutum & eruditæ do-
ctrinæ Studiosos Adolescentes, potissimū
discere: quæ nam dediscere: à quib. abstinere:
quomodo uitam suam instituere: quo-
modo inter exteros, Principib. & Magistra-
tibus suis, mores, *εὐνομίαν*, successus in stu-
dijs rerum optimarum, probare: quomo-
do uirtutum & doctrinæ præclara speci-
mina edere, debeant: exemplis (quæ, teste
Philosopho, idèd proponuntur, ut Adole-
scentes omnia quæ dicuntur, assequatur, &
quodāmodo sentiant.) ostendere, maximā
& manifestam utilitatem habet.

3. Iam uerò, quæ uirtutes propriæ sint No-
bilitatis,

bilitatis, Aulicorū, Principū, Regū: à quib. uitijs illos omnes alienissimos esse, cōueniat: ppositis Exéplis Heroicorū hominū, in quib. omnia sunt cōspectiora, demōstrare, quis dubitet illis quoq; esse utilissimū?

Rectè sanè Plato: Eorum, inquit, qui Rei publicæ p̄sunt, non modò singula uerba, nec res tantum publicitūs gestæ, animaduerti notariq; solent: sed uirtus quoq;, iociq; simul & seria quoq;, domus ipsa, familia, uxor, cubile curiosius conquirūtur, &c.

4. Iam uerò, Religionis Christianæ non sectatorib. solū, sed etiā doctoribus, ac ueluti pronus & cōdis oraculorū Dei: subministrare, pulcherrima paradigmata, ueræ pietatis, studij & uigilantiæ in addiscenda & profitēda uera de Deo doctrina, Cōfessionis constantis, Martyrij & aliarum uirtutum & donorum, quibus necesse est Dei Seruos instructos esse: quis non uidet p̄cipuæ esse utilitatis?

Ex ijs itaq;, quæ non nisi *λεγαται οὗτος* dicere licuit, colligimus, omnium ordinum & ætatum hominibus pijs, non solū utilē, sed etiam planè necessariam esse Danielis Prophetę Lektionem: de qua uerè dici potest id quod monet uersus:

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

De Forma.

Saluo aliorum piorum iudicio, totum librum Danielis *διχοτομῆν*, nobis liber. Prior enim eius pars Historica est: & 6. primis Capitibus constat: Posterior autem pars Prophetica est, & 6. posteriora Capita complectitur. In utraque lucet Methodus Synthetica: ut res ipsæ loquuntur. De Appendicibus, Danielis libro affutis, non laborabimus, quia non sint in Canone.

Historica pars, quæ ordine prior est, complectitur, Rerum commemorabilium, quæ inciderunt in tempora duorum Monarcharum Babyloniorum, Nebucadnezaris & eius nepotis Baldassaris: & in duorum Persicorum Regum Darij Medi & Cyri Persæ: expositionem. Chronologiam suo loco atteximus: quia Historiæ instar lucidissimi cuiusdam oculi est.

Sed posteriorem partem, quam diximus esse Propheticam, licebit *ἑρθετομῆν*, primum in eam partem, quæ de terrenis Monarchijs & Regnis, quibus plurimum negocij cum Ecclesia fuit, pronunciat: deinde in eam, quæ spirituale Christi regnum describit: & habet prophetias de primo & secundo adventu Christi Domini nostri, & de Ecclesiæ militantis in terris tristi fato: deniq; & de eiusdem

eiusdem in cœlis beatissimo Triumpho.

Complexio.

Exijs, quæ breuiter de Principijs libri Danielis Prophetę diximus, luce meridiana clarius, liquet, eum nobis omnibus accuratè legendum, ut Mûdi *ἡνωσῶρα*; quem admodum beatus Hieronymus eum uocat: id quod demonstratiuè nobis confirmandum, sumpseramus.

CHRONOLOGIÆ DA-

nielis, Tabella.

Quum in Historia sacra pariter & profana, Synchronismi, plurimum lucis *Lectio 2. April. 9.*

& euidētiae narrationib. adferant: & euentus fidē faciant prædictionib. Prophetarū: Primū Annos Mûdi, in quos maximarū rerū momenta & conuersiones, & propheticae uisiones, inciderūt, annotabimus: ut quot annorū Historiā hic liber cōplectatur, manifestū fiat: deinde, addemus Aphorismos de *ἐπιόδῳ* uitæ hominis uerè nobilis & generosi, qualis fuit Daniel, cuius tanta fuit sapientia, pietas & uirtus, ut de eo iure optimo dici potuerit illud Ioan. Chrysoftomi: Melius est, ut de te glorietur parentes, quàm ut tu de parentibus.

Anno post Mundum conditum:

334. Iechonias Rex Iudę, sequutus consilium le-

12 IN DANIELEM PROPHETAM
filiū Jeremię Prophete, deditioe Urbis Ie-
rosolymorū facta, abductus est à Nebucad-
nezare Magno Babylonē, 2.Reg. 24. Cū eo
abducti sunt multi Nobiles Adolescentes,
interq; hos Daniel & eius socij, Dan. 1. Suc-
cessit Sedecias Iechonię, ac huic calami-
tas tādē profuit: illi uerò felicitas & glo-
ria undecimo anno pōst obfuit.

3355. 3356. 3357. Daniel & socij eius so-
briē, piēq; uiuentes, literas linguam & do-
ctrinam Chaldæorum, magno cum succes-
su didicerunt, Dan. 1.

3358. Quum Daniel & socij, egregij sui
profectus specimina, Regi ipsi comproba-
uissent: in Palatio coram Rege stare: id est,
publicis functionibus, à Rege ipsis iniun-
ctis, cœperunt præesse & defungi.

Eodē uerò anno, Ezechiel, agēs in Baby-
lone, prophetare: & Jeremię, Ierosolymis
docenti, *συμφωνῆσθαι*, cœpit, Ezech. 1.

3365. Expugnata & funditū delera Ie-
rosolymorum Vrbe, fuit initium Babylo-
nicę transmigrationis, quę LXX annos du-
rauit, 2.Reg. 24. 2. Paral. 36.

3370. Somnium *μαρτυροῦν* Nebucadnez-
aris Regis, de ingenti, & è nobilibus ignobi-
libusq; Metallis conflato Colosso, Monar-
chiarum *διαδοχῆς*, seu successione: & Regni
Christi

Christi Iesu conseruationem & perennitatem, repræsentante, Daniel, non modò Regi in memoriam reuocauit, sed etiam dextrè exposuit: eoq; nomine ad summam dignitatem, à Rege euectus fuit, Cap. 2.

3399. Nebucadnezar Magnus obiit. Itaque ea, quæ habeant Cap. 3. de Idolo aureo ad cultum prostituro: & socijs Danielis, quos in fornace ardente, Deus mirabiliter saluos conseruauit: Item ea, quæ Cap. 4. de pœna Superbiæ Regis: & de huius Resipiscencia, & restitutione in integrum habentur, annum istum antecesserunt. Successit autem patri Nebucadnezari, filius Euil Merodach, qui imperauit annos 28. Eius autè historiam Daniel Propheta, non exposuit. Floruerunt autem his temporibus, Sapientes Græciæ septem: Pythagoras Samius, qui in ea Italiæ ora docuit, quæ olim dicta fuit Magna Græcia: Phocyllides, Epicharmus, & alij: de quibus inter alios Diogenes Laërtius consulendus est.

3418. Baltassar, seu Labynitus, ultimus Chaldæorum Monarcha, rerum inter suos potiri cœpit: anno quinto postquam apud Persas Cyrus regnare cœpisset.

3419. Visio prophetica, de quatuor bestijs totidem Monarchias Mundi repræsentantibus,

14 IN DANIELEM PROPHETAM
tantibus, Danieli est oblata. Cap. 7.

3421. Visio eidem oblata diuinitus, de
Ariete cornu petente Hircum: hoc est, de
bello quod Alexander Magnus Dario ul-
mo Persarum Regi intulit. Cap. 8.

3434. Babylone à Cyro expugnata, &
interfecto Baltassar impio Rege, Monar-
chia à Chaldeis ad Persas est trāsata, Dan.
5. Initiò autem fuit ἀνοραστοεινὴ potestas pe-
nes Darium Medum: quo regnāte Daniel,
per calumniam ab æmulis circumuentus,
etiā dolente bono Rege, in lacum leonum
coniectus, diuinitus tamen conseruatus
fuit, Dan. 6.

3435. Danieli reuelatur Oraculum de
lxx. Hebdomadis, Cap. 9. Eodē anno pri-
mo Monarchiæ Cyri, Iudæis facta est co-
pia redeundi in patriā & instaurandi Tem-
plum & Urbem Ierosolymorū, 2. Paral. 36.
Esr. 1. Fuit Daniel hoc tempore præles
Susianus.

3437. Danieli 24. Aprilis, Visio postre-
ma oblata est, quæ descripta exstat, Cap. 10.
11. 12. De ea autem suo tempore & loco a-
gendum erit. Habetis χρονολογίαν, quæ etsi de
multis nos admonet, unum tamē eius Ca-
put, de Hominis uerè nobilis officio & ui-
tæ periodo ἀφοριστικῶς tractabimus.

APHO.

APHORISMI, DE VERE
Nobilium hominum, ui-
tæ periodo.

1. *Sola apud Deum libertas est, non
seruire peccatis. Sola apud Deum nobilitas
est, clarum esse virtutibus:*

Ut ait beatus Hieronymus.

2. *Consilio Dei ex nobilissimis patriæ
Ciuibus, nonnunquam fiunt exules.*

Ut Iechonias Rex: Daniel & alij nobiles
& generosi pueri abducti sunt è patria, Ba-
bylonem.

3. *Iis, qui piè, iuste & sobriè viuunt, hoc
præstat Deus, ut tutò & cum dignitate etiã
inter exteros uiuant.*

4. *Sæpenumerò exules maiore in pretio
sunt inter peregrinos, quàm in ipsa patria
apud domesticos.*

Notum est prouerbium: Non est Propheta
inhonoratus nisi in patria sua & in domo sua, Matt.

13. 57. Iosephus, suis fratribus exosus, in
Aegypto summa cum dignitate, tandem
uixit. Idem de Daniele & socijs eius dici
potest. Themistoclem apud Persas exu-
lantem, & in urbe Magnesia splendide ui-
uentem,

10 IN DANIELEM PROPHETAM
uentem, filijs suis dicere solitum: ^{ὁ πῶς δὲ;}
^{ἀπολόμθα ἄρ ἢ μὴ ἀπολόμθα,} Plutarchus au-
ctor est.

5. Eruditio & prudētia, etiam Exuli-
bus aditū ad magnos honores, aperire solet.

6. Honores Exulum precipuè comita-
tur inuidia.

7. Itaq; eorum felicitas temperamento
^{τῶν ἀτυχημάτων,} diluitur.

8. Pij tamen etiam aduersi casus aditu
mento sunt ad bonum.

9. Deus ex paruis magnos facit: & ex
magnis paruos.

10. Etsi autem praterit figura seculi
huius, tamen Iustus ut rosa inter medias spi-
nas floret: decus suum retinet: & tandem
Mundum fide vincit.

Hæc nobilibus hominibus digna est
periodus.

C A P V T I.

Leclio 3.
10. April.



T pij & ingeniosi Iuuenes ui-
deant, quem fructum ex accu-
rata lectione primi Capituli
Danielis Prophetæ, percipe-
re possint: quatuor hæc <sup>τῶν πρῶ-
των</sup> Capita breuiter exponam: 1. Ge-
nus

nus causæ: 2. Propositionem: 3. Partium
 œconomiam: 4. Vltim.

De genere causæ.

Certum est *ἡ ἀνάγκη*, seu Demonstrati-
 tum genus causæ, dominari in tota hac hi-
 storia, de Danielis & sociorum illius exi-
 lio. Omnia enim eò potissimum spectant,
 ut Dei prouidentiam, in dispensatione pœ-
 narum & præmiorum, & in mitigatione
 malorum publicorum & priuatorum, egre-
 giè lucentem, fidei oculis intueamur, &
 gratis pectoribus celebremus, ex præscri-
 ptum 107. tum multorum aliorum Psal-
 morum. Memoratu digna est hæc beati
 Augustini oratio: Quicquid igitur mirabi-
 le sit in hoc mundo, profectò minus est
 quàm totus hic mundus: id est, cœlum &
 terra, & omnia quæ in eis sunt: quæ certè
 Deus fecit. Nam & omni miraculo, quod
 fit per hominem, maius miraculum est ho-
 mo. Quamuis igitur miracula uisibilium
 naturarum, uidendi assiduitate uilescent:
 tamen ea quum sapienter intuemur inusi-
 tatisimis rarisq; maiora sunt. De Ciuit.
 Dei lib. 12.

Eo sanè nomine Sapiëntia *ἡ σοφία* loqui-
 tur, apud Salomonem de generis humani
 b guber-

18 IN DANIELEM PROPHETAM
gubernatione: Lætificās in orbe habitabi-
li terram, atque delicijs meis filios homi-
num, Prou. 8. 31.

Propositio.

Initiò, propositionem infinitam recita-
bimus: deinde & finitam: ut illustretur sen-
tentia.

Thesis, Etsi Pij sæpenumerò publicis ca-
lamitatibus & pœnis inuoluuntur: hæc ta-
men eisdem, ideò non obsunt, quia Deus
sua gratia nusquã illis deest. Iuxta Catho-
licum illud Theorema: Nouimus autem
ijs, qui diligunt Deum, omnia simul confer-
re ad bonum, ijs uidelicet qui ex propo-
sito illius uocati sunt, Rom. 8. 28. Et noti sunt
elegantibus uersus:

*Pressa sub ingenti ceu pondere palma virescit:
sub cruce sic florent dedita corda Deo.*

Hypothesis. Danieli & socijs eius, non
obfuerunt exilij incommoda: quum illis
adesset Deus, & eos immaculatos à mun-
do seruaret: ac gratiam gloriamque ueram
eis apud Regem largiretur, Iac. 1. 27. Psal.
84. 12.

Partium series.

Existimo tres esse Capitis 1. partes, Pri-
mam, de Deportatione Danielis & aliorum
Iudæorum: Secundam, de Educatione &
institu-

Institutione Danielis & sociorum: Tertiã, de eorundem Exaltatione & eius causis & circumstantijs. In omnibus autem istis partibus, mirandum illud téperamentum rerum tristem & lætarum, quod est uitæ nostrę condimentum, perpendendum nobis erit: secundum illud Christi Domini nostri dictum: Bonus est sal: si uerò sal insulsus fuerit, quónam ipsum condietis? habete in uobis ipsis salem: & pacẽ habete inter uos mutuo, Marc. 9. 50.

vsus.

De finibus bonorum & malorum, idẽ non est idem iudicium fidelium & infidelium, quia & de eorundem principijs reliquis, *ὅτι οἱ ἀγαθοὶ* dissentiant.

1. Fideles bona pariter & mala, quæ ipsis eueniunt, *ὅτι οὐκ ἔστιν* esse, rectè statuunt, Iob. 2. 10. Scilicet bonum suscipiemus de manu Iehouæ & malũ non suscipiemus?

Infideles autem, etsi interdum quasi diuis causa, Deum auctorem bonorũ & malorũ, moderatoremq; agnoscunt: tamẽ in secundas causas reuera cõuersi, bona quidem suæ prudentiæ & industriæ: aduersa uerò, hostibus suis & alijs causis proximis, magna cum indignatione, accepta ferunt.

2. Fideles, ex aduersis & secundis utilitatem percipiunt: ut suo exemplo Paulus docet quum ait: Noui autem deprimi, noui etiam abundare: ubique & in omnibus initiatus sum, & ad saturitatem & ad esuritionem: id est, tum ad abundantiam, tum ad inopiam. Omnia ualeo per Christum qui me corroborat, Phil. 4. 12. 13.

Infideles contra, luxuriant animis rebus plerumque secundis: rerum copia abutuntur, uel ad luxum & prodigalitatem, uel ad *πληροξίαν*: in aduersis autem impatientia, fremitu aduersus Deum & alijs modis peccant.

3. Fideles bona cœlestia & terrena: & aduersos casus prudenter discernunt. Sciunt anteferenda esse spiritualia bona corporalis: discernunt etiam Afflictiones hominum in *μαρτύριον*, in *δοκιμασίαν*, in *τιμωρίαν*.

Infidelibus nihil de bonis Spiritualibus, quæ sunt salutis principia, nihil de Martyrio aut Probatione constat. Rectè tamen Diodorus Siculus alicubi scripsit: *Δικαίως ἂν τις ἀκρίθειαν ἐπισήσας τὸν νόον ἢ κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀνωμαλία. ὅτι γὰρ τῶν νομισμῶν ἀγαθῶν ἐδραβε λόκληρον ἐνείσκειται δόξοις τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι τῶν κακῶν αὐτοτελὲς ἄνευ τινὸς ἀρχῆς.*

4. Fideles, quum intelligant nō in humanis

ius uitæ rebus & bonis, sed in spirituali benedictione, præcipuum bonum esse situm: in medijs aduersis beati sunt, Matth. 5.

Infideles autem, quum sua bona recipere malint in hac uita, Luc. 16. 25. dum lucro mundano auidè inhiant, seipsos perdunt & seipsis mulctant, Luc. 9. 25. Sunt itaq; eorū bona uerè ἀσφαλῆ & πλεῖστα: ut habet Adagiū.

Illud autem ἀδικῶς docetur in hac historia, pijs Adolefcētib; nec exilia, nec paupertatem, nec persecutionem hostium, impedimento esse, quominus egregijs Spiritus sancti donis instructi, Mecænates illustres consequantur, & tandem etiam inuitis hostibus, emergant. Debet id solatio esse pijs Iuuenibus, qui ob φιλαλήθειαν, alibi stipendijs suis priuati, apud nos exulant. Vt Danieli & socijs eius, Deus pro infinita sua bonitate, etiā in Babylone prospexit: Regis Nebucadnezaris & Aulæ eius Magistri, beneuolentiam conciliauit: & tandem ad summas dignitates euexit: Sic etiam Studiosis ueritatis & pacis paternè prospiciet, dona eximia largietur, & mitigatis ærumnis, tandem è puluere produros exaltabit is, qui mirabilis in suis operibus & φιλάνθρωπον rectè celebratur. Verūm de his aliās quoq; dicam.

de rotius humani generis exilio commo-
nefaciant. Opererepretium autem erit, si ini-
tiò *κατ' ἀρχαίαν* Causas & Circumstantias,
tantæ Calamitatis, quæ torrétiſ cuiuſdam
inſtar bonos pariter & improbos Cives
abripuit, perpenderimus.

1. Tempus. Anno tertio Ichoiakimi Regis Ie-
huda.] Intelligatur annus, non regni illius,
ſed Iudææ, ipſo regnante, à Nebucadneza-
re ſubactæ, & ad tributum dandum com-
pulsæ. Cæterùm ex Ieremiæ cap. 25. 1. li-
quet, etiam quarti anni (qui fuit ab Orbe
condito 3354 annus) initium, eſſe, *ἐν πρώτῃ*,
adnumerandum. Eodem autem anno, mi-
ſerè periit & aſini ſepultura conditus fuit
Ichoiakimus Rex : & Ieconias, qui idem
Ichoiakim & Conaias dictus fuit, poſt tri-
meſtrem gubernationem, abductus : & in
eius locum ſuſſectus eſt Mathanias, qui &
Sedecias nūcupatus eſt, 2. Reg. 24. 2. Paral.
36. 1. Paral. 3. 15. Ierem. 22.

Quotieſcūq; uerò uidemus Prophetas,
accuratè annotaſſe in quæ tēpora olim ma-
ximarū rerum momenta inciderint: nobis
quoq; tēporis rationē exquisitā eſſe haben-
dam, Deumq; exorandū, ut nobis det *ἀκρι-
βῆ τὰ σημεῖα τῶν καιρῶν*, discernere ſigna tem-
porum, Matth. 16. 3. meminerimus.

24. IN DANIELEM PROPHETAM

2. Efficiens famulans, *Nebucadnezar Magnus*, *Rex Babylonæ*: cuius historiam & *παραφραση* consultò prætermitemus.

Illud autem primò annotabimus, etiam Ethnicorum Principū corda in manu Dei esse, nec quicquam aliud comminisci & efficere posse, quàm quod Dei manus & consilium, prius definiuit faciendum, *Prou. 21. 1. Act. 4. 28.* Quum igitur uel sæuiunt in nos alios'ue, statuamus esse Dei uindictis instrumenta: & supplices illi facti, cū Dauidè precemur: Ab impio, q̄ est gladi⁹ tu⁹, erue me.

Rursum, si quando iidem benignè nobiscum agunt, Deo gratias agamus, qui illorum beneuolentiā nobis conciliare dignatur. Stat enim illud Regis sapientissimi, *Apophthegma*: Multi quærunt faciem dominantis, sed à *Iehouah* proficiscitur iudicium uniuscuiusq; *Prou. 29. 26.*

Secundò & illud dignū est obseruatione, Etiam impios homines, quum sint animata & *λογικὰ* Dei instrumenta, tum quoq; Dei iudicijs (ignaros consiliorū illius) seruire, quū suis consilijs & cupiditatib. modis omnibus morem gerere satagunt.

Ita per *Ethopœiam* introducitur *Sanherib*, *Isa. 37. 24.* Dixisti: In multitudine curruum meorum, ascendi altitudinem montium

tium & Libani latera: & succidam altissimi-
mas Cedros eius, electas abietes eius, &
introibo altitudinē summitatis eius, &c.

Ut enim in horaria machina, non eæ so-
lūm rotæ, quæ dextrorsum mouetur, indi-
cationi numeri motus & tēporis seruiunt:
sed etiam eæ quæ sinistrorsum mouentur:
Ita Dei consilijs & decretis sæpenumerò
non fideles tantūm homines, sed etiam a-
lieni à fide, seruiunt: illi quidem scientes
& uolentes, hi autem inscij & sua potiùs,
quàm quæ sunt Dei, quærētes & agentes.

Lætēmur itaq; toto pectore, quum intel-
ligamus Deum non sic laxare frena Impro-
bis, ut quicquid tandem illis arideat, &
dictet splendida bilis, efficere possint: sed
præscriptos illis esse terminos, quibus ceu
adamantinis clathris coherceantur ab om-
nipotente Deo, cui sumus curæ. Iuxta di-
ctum: Omnem curam uestram conijcite in
illum: nam illi cura est de uobis, 1. Pet. 5. 7.

3. *Αἴτιον λέγειν.* Dominus tradidit in manū Ne-
bucadnezaris, tehoiakimum & partem Instrumento-
rum Templi.

Hoc loco obseruabimus doctrinas ali-
quot commemorabiles præ cæteris.

Prima. Non sine prouidentia Dei ingru-
unt pænæ & castigationes publicæ & pri-
uatae.

26 IN DANIELEM PROPHETAM
uatae. Iuxta dicta. Aut si ex ore Altissimi nõ
egredientur mala & bona? Thren. 3. 38. An
erit malum in Ciuitate & Iehouah non fe-
cerit? Amos 3. 6. Axiomatico autem gene-
re loquendi ideò Prophetæ utuntur, ut do-
ceant, istud ignorare indignum esse, nega-
re autem flagitiosum piaculum.

Secunda. In Corpora & fortunas seu fa-
cultates nostras, non nisi quod Deus uult
& constituit, Hostes infensissimos, statue-
re & efficere posse. Flexit itaq; Deus uicto-
ris animũ, ut parte populi & uasorũ Tem-
pli contentus, substitutoq; in Ieconia locum
Sedecia Rege, discederet.

Tertia. Quũ hominis usibus, instrumen-
ta sacra & profana, facultates opum, & alia
uitæ adminicula, diuinitus sint destinata:
quis sanus miretur, hæc omnia hominis
caussa uanitati esse obnoxia: & aliàs qui-
dem ei in manus tradi, aliàs uerò eripi: ut
ne nimium ipsis tribuat homo?

Quarta. Si grauiter peccant Ethnici, si
quando uasa inanimata, sacris tamen Ec-
clesiæ usibus destinata, in sua ἀδωκία infe-
runt: quantò magis peccant ij, qui se Chri-
stianos esse gloriantur, si quando uasa ani-
mata & λογικά, id est, homines, in delubra
idolatriæ introducuntur? Præcipit uox
diui-

28 IN DANIELEM PROPHETAM
 esse factum, ad declarandam Dei tum iusti-
 tiam, tum misericordiam, quis pius dubi-
 ter? Ne dubitemus itaque, etiam hoc tem-
 pore Deum esse mitigaturum mala publi-
 ca & priuata: & eundem malos malè per-
 diturum.

Ex ijs quæ iam diximus, ad nostram ad-
 monitionem discimus: Nunquam defutu-
 ros Deo idoneos ministros, publicarum
 & priuatarum pœnarum, si non dignos re-
 sipiscētia fructus proferamus: id quod nos,
 hoc loco animaduertere Spiritus sanctus,
 illustri paradigmate proposito, uoluit.

Lectio 4.

13. Aprilis.

EDICTVM REGIS DE E-
 DUCATIONE PVERORVM NO-
 bilium qui deportati
 erant,

VERSUS 3.4.5.

*Edixerat etiam Rex Aschpenaz
 prefecto Aulicorum suorum: ut ex-
 portaret è filijs Israëlis, tum ex semine
 regio, tum ex proceribus:*

*Pueros quibus nullum inesset vi-
 tium, & elegantes aspectu, & intelli-
 gentes omnis sapientia, praditosq; no-
 titia*

titia, & valentes cognitione, id est, quibus inesset facultas, constitutos in Palatio Regis: utq; doceret eos literas & linguam Chaldaorum:

Et prout constituerat Rex demensum diei cuiusq; in diem quemq;, de portione cibi Regij, & ex vino portionum eius, educaret eos annis tribus: ut exactis ijs consisterent coram Rege.

Quia in his tribus uersibus, orationis ea est perspicuitas, ut Solem admotis facib. iuuare uelle, uideri possit, qui illa pluribus explicare aggrediarur: de rebus ipsis agant, ac primum quidem quid in genere nobis sit obseruandum, exponam: deinde, *ad inuēns* locum communem, de recta Iuuentutis institutione & educatione, tractabo.

in genere hæc obseruanda sunt.

1. Malorum publicorum & priuatorum mitigatio, aut relaxatio, proprium Dei opus est. Etsi igitur Deportatio Danielis & aliorum, cōiuncta fuit cum multis magnis ærumnis: hæc tamen plurimum sunt mitigatæ, beneuolentia Regis erga exules, quã eis Dominus conciliauit.

Nos

Nos itaq; , qui incidimus in periculosa tempora, & tristissimam Ecclesiæ ^{cap. 2. lib. 1.} *cap. 2. lib. 1.* malis, quibus non solum aperti hostes, sed etiam clandestini & intestini nos afficiunt, cum Propheta precemur: Iehouah, opus tuum in medio annorum uiuifica, in medio inquam annorum notam fac (clementiam) tuam: in ira misericordię recorderis; Habac. 3. 2.

2. Regum & Magistratum animi, non tam hominum industria & uirtute, quam Dei nutu, flectuntur ad commiserationem erga afflictos, Prou. 29. 26: Multi quærent faciem dominantis: uerum à Iehouah est iudicium uniuscuiusq;.

Hoc itaq; persualum habeamus, uirtutem quidem nobis omnium ordinum hominibus, præcipuè tamē Heroicis gubernatoribus esse summo studio probandam: sed interim soli Deo acceptum esse ferendum, si quidam sapientes Magistratus, suo nos fauore & patrocínio prosequantur. Qui enim effecit, ut Daniel exul, apud uictorem Nebucadnezarem, in magna esset gratia: idem nos quoq; pijs Principibus & Magistratibus commendabiles & gratos reddere potest.

3. Si quando Deo uisum est & publicè Ecclesie, Reipub. & Oeconomij: & priuatim, singulis quibusdam hominib. benedicere: Tum uerò, Gubernatoribus heroicus motus & sana consilia: ac horum omnium idoneos executores subministrat: Iuuentuti, quæ seminarium est Reipub. & Ecclesie, ingeniorum felicitatem & alias eximias dotes largitur: ut est uidere in hac historia.

Gratias itaq; Deo agamus, si quando Iuuenturis institutionem, pijs Magistratibus cordi esse animaduertimus: & quum nullam eius curam haberi uiderimus, Dei iram supplices deprecemur. Etenim inter cæteras maledictionis diuinæ formas, hæc præcipua est, quando Iuuentus neque ad ueræ Religionis, neque ad uirtutum studium, à teneris unguiculis, adhibetur & assuefit: & nò multò post Dei, legumq; ignara, ac Disciplinæ infensa, accedit seu ad ministerium Ecclesiasticum, seu ad gubernationem politicam.

4. Inter cætera mirabilia Dei opera illud quoque occurrit, quòd sæpenumerò, quum uidelicet interest gloriæ ipsius & Ecclesie, pios Exules, maiore gloria inter peregrinos quàm in ipsorum patria, ornatur.

32 IN DANIELEM PROPHETAM
nat. Iosephus post seruitutem & captiuitatem diuturnam, emerfit: & summa cum dignitate & gloria in Aegypto, longo tempore uixit. Daniel floruit inter Chaldaeos & Persas: ac ut maximè suos haberet emulos: tamè *οὐδὲν* superauit uniuersos. Themistocles exul, cum summa dignitate apud Persas uictitans, sæpè liberis suis, exilium, ex ingrata patria, gratulatus est, & ditare solitus: *ὅτι πατρὸς, ἀπὸ νόμου ἀν, εἰ μὴ ἀπὸ νόμου.*

Quum ergo in patria, inhonorati agimus, flectamus animos ad patientiam: illud Platonicum repetentes: Ut parentum delirantium, sic patriæ mores, homini prudenti, eleganter ferendos: & illud Christi: Nemo Propheta acceptus est in patria sua, Luc. 4. 24. At quum in peregrina regione accepti, honoratiq; sumus, Deo in solidum hæc bona accepta ferentes: meminimus nobis de patria cœlesti nunquam non esse cogitandum, Hebr. 13. 14.

5. Si maximo Rege digna cura est, de rectè ad Ciuilè gubernationè instituenda Iuuentute, esse sollicitum: quis dubitet, institutionè Iuuentutis, quæ olim accessura est ad ministerium Ecclesiæ, ad docèdas bonas literas & linguas, Magistratui Christiano cogendi esse debere?
Ore

Oremus itaq; Deum, ut Magistratum nostrorū animos flectat, ad amorē & admirationē bonarū literarum & eruditę doctrinæ: & eidem probemus studia nostra, gratitudinem & bonos mores. Non enim eruditæ solū doctrinæ, sed etiam bonorum morum, decet nos esse studiosissimos.

Quum inter illustria Prouidentiaē diuinae documenta, temperamentum huius uitæ commodorum & incommodorum, emineat luceatq; , propositum nobis est, insigne eius exemplum hac prælectione uobis proponere: ut rectē & secus factorum à Nebucadnezare: & eorum, quę Danieli & eius Sodalibus, tum præstanda tum ferenda fuerunt, imagines, nostris uisibus seruiant. Atq; id postulare uidetur expositionis nostræ ordo. Quum enim de Institutionis Danielis historia egerimus, reliquum est, ut quę nam nobis in specie obseruanda sint, Aphorismis aliquot, distributis iuxta filum dictionis Prophetæ nostri, explicemus.

1. *Principe digna virtus est, certa dæremandata, de recta Iuuentutis educatione & institutione.*

84 IN DANIELEM PROPHETAM
Rectè itaque Nebucadnezar Rex fecit,
quum etiam à se è Indæa deportatos, bene
educandos & erudiendos curauit.

Digna autem sunt memoria Platonis in
Eutyphrone uerba: ὁρθῶς γὰρ ἐστὶ τῶν Νέων πρῶτον
ἐπιμεληθῆναι, μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τῶν ἀνῶν.

2. *Sed enim, eius rei procuratio, non nisi
si virtute & auctoritate praestantibus vir-
tis, est demandanda.*

Talem fuisse Aulicorū Magistrum Asch-
penazum, tota hæc testatur historia. E-
contrà Plato iurè reprehendit Protago-
ram, quòd is sexaginta annos uixisset, &
quadraginta annos Sophistica Iuuentu-
tem corrupisset. Socrates uerò moriens
sibi hanc conscientiam gratulatur, quòd
sciret, etiam interfectores suos testes fu-
turos, quòd Auditores suos meliores red-
dere, non autem deteriores studuisset.

Verba Græcà in 4. lib. ἀπηνυμον. apud Xe-
nophontem hæc leguntur: Ὁρῶ δὲ ἕως καὶ
τὴν δόξαν τῶν προγεγονότων ἀνθρώπων, ἐν τοῖς ἰσ-
τιγμοῖς, ὅτι ὁμοίαν κατασκευάζω, τῶν τε ἀδικη-
σάντων, καὶ τῶν ἀδικηθέντων οἶδα δὲ ὅτι καὶ ἐγὼ, ἵστα-
μαι τὸ ἴδιον ἐν ἀνθρώπων. καὶ γὰρ νῦν ἀσθάνω, ὅτι
ὁμοίως τοῖς ἐμὲ ἀποκτείνουσιν. οἶδα γὰρ αἰὲν κατὰ τὴν
σάφην μοι, ὅτι ἐγὼ ἀδικήσα μὲν ἐδύναμαι πάντων ἀνθρώ-
πων, ἐδὲ χάρις ἵποινα, βελτίος δὲ ποῖον ἵπποδρόμου
αἶψα

ἀλλὰ τὸς ἐμοὶ σωόντας. O' utinam hoc summo sit studio omnibus, diuinarum literarum & bonarum artium ac linguarum doctoribus & magistris.

3. *Quum autem, non ex quouis ligno Mercurius fiat: aut, ut Salomon ait: quod curuum est rectum fieri non possit: delectus ingeniorum habendus est.*

4. *In delectu ingeniorum, Patria pro-sapiae, & animi corporisq; dotium ratio habenda est: sicut tamen ut gratiam diuinam liberè agere statuamus.*

De Patria ingeniosorum hominum, eleganter dixit Cicero: Acutiora ingenia, & ad intelligendum apertiora sunt eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aer sit purus, ac tenuis: quàm eorum, qui utuntur cœlo crasso atq; concreto: qui etiam cibo quo utaris, interest ad mentis aciem. De Natura Deorum l. 2. Sæpè tamen in ijs regionibus in quibus cœlum crassum est, ingeniosissimi homines nascuntur: ut apud Bœotios, Plutarchus: apud Batauos Erasmus, & alij.

De Prosapia, Platoni uisum est, Cōsentaneum in genere nobili, quàm ignobili, ingenia esse meliora. Non enim rarè uirtutum

36 IN DANIELEM PROPHETAM
paternarum semina propagantur. Sed, ut
non rarò homines nobiles, naturæ bonæ
negligunt: ita ediuerso ignobiles, gratiæ
diuinæ dono illustrati, student ἀναλογισθῆναι τὸ
τῷ θεῷ χάρισμα. Itaq; tum id accidit, quod pro-
uverbio dicere solemus: *Paupertas sapientiam
sortita est.*

De Corporis dotibus in delectu Inge-
niorum sapiētibus Gubernatoribus, idè
cogitandum est, quia Corpus Animi instru-
mentum est: ac turpissimum merito habe-
tur, si in eburnea corporis humani uagina,
plumbea Mens sit. Sed tamen quoties ue-
rum esse uidemus illud Cuius nostri Eras-
mi Roterodami Apophthegma, quo sibi-
psi quoq; uidetur patrocিনatus: Ferè fit, ut
ingenia acriora corpuscula sortiantur im-
becilliora?

De ingenij uiribus rectè pronuntiabūt,
qui cū Aristotele Ingenia rectè discernunt.
Quidam sunt ἐνφάνεις, quos Cicero Archite-
ctos uocat: quidam autem σοφιστοὶ sunt, & e-
iusdem iudicio fabri. Rectè autem idè pro-
nunciat, Reipub. non tantum Architectis,
seu summis ingenijs & Artificibus, opus
esse: sed etiam fabris: id est, mediocribus
ingenijs: quum sint diuersæ munerū fun-
ctiones in Repub.

Fit autem non rarò, ut *παιμοί*, seu ij, qui sunt mediocribus ingenijs, quum sibi nusquam desint in studijs, & in omnes proficiendi occasiones intenti, successus suos urgeant: longè uincant eos *υφύβς*, qui ingenijs suis confisi, negligenter & perfunctoriè ea excolunt.

7. *Etiam atque etiam videndum, quæ cuique non discenda, quæ dediscenda, quæ denique summo studio sint discenda.*

πείρα, noxia, falsa discenda non sunt. Item, ea quæ pro sapia, uocationi & officio non conueniunt.

Mala, si quæ per imprudentiã quasi hausta sint dediscenda sunt. Rectè enim dixit Antisthenes: τῶν μαθημάτων ἀναγκαϊότατον, τὰ κακὰ ἀμαθῶν.

Ea uerò, quæ Deo grata, & nobis ac Reipub. utilia & necessaria sunt accuratè discenda & ad usum traducenda sunt. Quod si accessuris olim ad gubernationem Ciuilem in Monarchia Chaldæa, Regis iudicio, lingua Chaldæorum & literæ discendæ fuerunt: quis dubitet eruditæ doctrinæ Candidatis, quibus seu Ecclesiæ, seu Reipub. seu Academiae seruiendum erit, discendas esse bonas literas & linguas?

6. *Ad studiorum verò, quasi quædam periodum obeundam, iustum requiritur tempus.*

Rectè dixit Theophrastus, *πολυτέλειαν ἀνάγκη, ὁ χρὸν*. Itaque temporis exquisita ratio Studiosis habenda est. Sæpè autem repetamus Thaletis dictum, quo adfirmatur tempus omnium esse sapientissimum: quòd abstrusa eruat & retegat, ut quasi euolutæ cognosci possint à Studiosis.

7. *Victus tamen aliqua ratio Studiosis habenda est.*

Rex Nebucadnezar, *τὸ σιτομέτριον*, seu demensum diurnum, ex Aula sua Studiosis Adolescentibus, constituit: ne quid illis deesse

Prudèter autem dixit Cicero: *Cibo quæ utaris, interest ad mentis aciem.*

Minus tamen obesse ingenio, si quid de cibi copia decedat, quam si nimium reddat, uiri sapientes existimant. Notum est Prouerbiū, cuius & Galenus alicubi meminit: *καὶ ταῦτο ἀπάντων σχεδὸν ἀνθρώπων ἄδεται, διότι πάντων ἔστιν ἀνυθίσαστον, ὅς γὰρ ἢ παχῆα τὸν κοιλίῃ ἔτιψα τὸν νουτόν*. Pinguis uenter non gignit sensum tenuem.

8. *Semper autem subordinati studio-*

rum fines spectentur: & ad eos omni referantur.

Superior finis est studiorum, ut Deo gratia fiant; & sanctum illius nomen celebretur.

Proximus, in societate honestorum hominum, prudenter publicis munijs defungi, uel in Ecclesia, uel in Repub. uel in Academia, uel in honesta domo & familia.

Proximus finis studiorum Danielis & Sociorum eius fuit, Regi Nebucadnezari in Repub. administranda, probare integritatem, fidem, iustitiam, laborum tolerantiam. Vltimus autem finis fuit, Dei gloria, &c.

Grauisimè itaque peccant, qui in studijs sic uersantur, ut uel nullum finem sibi ipsis ob oculos ponant, uel nõ eum quem oportuit: uerbi gratia quæstum, uentrem, suas delicias, &c.

Nihil ne mali admixtum fuit istis commodis?

Singularis prudentiæ est, temperamentum rerum humanarum accuratè obseruare: & quid in una quaque re boni inest, & quid mali, prospicienter animaduertere: animumque non tam ad Socraticum

40 IN DANIELEM PROPHETAM
 robur, quàm ad uerè Christianam patientiam & æquanimitatem, tempestiuè præparare. Notum est aureum illud Platonis

dictum: ἐξ ἀνάγκης περιπολεῖ τὰ κακὰ: ἀπὸ δὲ δὴ μὴ
 φυγεῖν ἀλλ' ἂν τῷ ὁμοιοῦσθαι τῷ θεῷ: τὴν τέλει, τῷ ἀπαθῆ γίνεσθαι, καὶ μὴ νικηθῆναι ἀπὸ τῶν ἐσθλάδι φανουμένων.

Sed *λεφαλαωδῶς*, quibus malis laborandum fuerit Danieli & socijs, nunc exponam: ut alienis docti exemplis discamus moderatè ferre priuatas & publicas misérias.

1. In exilio illis uersandum fuit, extra natale solum. Quas autem Chaldæorum sannas, iniurias, & contumelias, pij exules Iudæi ferre coacti sint, liquet è Psalmo 137. Euripides ait: Exilium esse malum *ἔργον μάλιστα, ἢ λόγον*. Et sunt admodū pathetici Tyrtæi uersus:

Τὴν δ' αὐτὴ προλιπόντα πόλιν καὶ πῖονας ἀγρῶς
 Πλαχένας, πάντων ἔς' ἀνικρότατον.
 Πλαζόμενον σὺ μῆρι φίλη καὶ παρὶ γέροντι,
 Πᾶσι τε σὺ μικροῖς, κερδίη τ' ἀλόχῳ.

2. Ex uictoris arbitrio uictis uiuendum fuit, in tristi seruitute. Quid autem nisi uictis dolor? ut uetus prouerbiū habet. Verè autem dixit Demosthenes: Qui non assueuerunt ad nutum parère molestè fuerunt

runt superbissimi hominis imperium. Ac, ut ait Currius: Nemo alienigenam Dominum pati uult.

3. Neceſſe fuit eos ſpectatores eſſe, turpiſſimæ uitæ Idololatrarum. Caſtis & Deū timentibus hominibus, terra ſpectacula impietatis, iniuſtitia & intemperantiæ hominum Mundo huic deditorum, maximo ſunt dolori. Quis pius hoc ſeculo, Conſtantinopolitanæ Aulæ ſpectator, nō afficiatur ſummo dolore, ob immaniſſimum Turcarum ſucceſſus, ferociā, ὕβρις & odium erga Chriſtianos?

4. Oporruit eos, non legem Iehouæ: ſed literas & linguam Chaldæorum, diſcere. Multa autem in Chaldæorum literis & artibus fuiſſe impia, ἀπίεργα & indigna eorum, qui pietatem ipsis factis profiterentur, ſtudio, minimè eſt obſcurum.

5. Perperuum, cum alienis à fide & Religione diuiniſ patefaſta, commercium habere, neceſſe fuit. Hoc uerò eſt gryphes equis iungere: quum Pijs ſemper cordi ſit illud Apoſtolicum: Ne igitur eſtote conſortes eorum. Item: Et ne commercium habete, cum operibus illis inſrugiferis tenebrarum, ſed potiùs etiam arguite, Ephes. 5.7.11.

6. Aulica diæta illecebris uoluptatũ feruens, illis decreta fuit ab ipſomet Rege.

Nihil, inquit Auguſtinus, magis à contemplatione ueritatis impedit, quã luxus uitæ. Et, ut idem alibi dicit: Mundi luxus, animæ piæ crux eſt. Nuſquam autem Mundi luxus magis regnare tum uideri potuit, quàm in Aula Regis Nebucadnezaris, qui magnitudine rerum à ſe geſtarũ ebrius, uoluptatum fomenta & illecebras in Aula ſua haud dubiè habuit. Danieli igitur, & alijs pijs, quibus ueritas cordi erat, tentatio illa grauiffima per uoluptates, diſcrimen non uulgare peperit.

De moderata ueterum Chriſtianorum uictus ratione, digna ſunt memoria, hæc Tertulliani uerba: Non priùs diſcumbitur, quàm oratio ad Deum præguſtetur. Editur quantum eſurientes capiunt: bibitur, quantum pudicis eſt utile: ita ſaturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum ſibi eſſe Deum. Ita ſabulantur, ut qui ſciunt Dominum audire. Poſt aquam manualem & lumina, ut quiſque de Scripturis ſanctis, uel de proprio ingenio poteſt, prouocatur in mediũ Deo canere. Hinc probatur quomodo biberit. Æquè oratio conuiuium dirimit.

Fuit autem inter hos, è filijs Iehudæ, Daniel, Hananias, Misael & Azarias: quibus imposuit Princeps Aulicorū nomina: imposuit enim Danieli (nomē) Belteschazaris, & Hanania Sadrachi, & Misaeli Mesachi, & Azaria Abednegonis.

Dixi de educationis & institutionis Danielis, Hananiæ, Misaelis & Azariæ, commodis iuxta & incōmodis. Nunc igitur secundo loco, de Nominum mutatione, & eius fine, uidelicet Apostasia ad Ethnicam Idolomaniam, nobis dicendum erit. Consentaneum autem est, fuisse in eorum Catalogo, nōnullos alios, quorum fors eadem fuit, quæ Danielis & sodalium eius.

Ut autem uideant Studiosi, eam rem magni momenti fuisse, propositum uobis est ostendere, Hæc nominum religiosorū mutationem & deprauationē, uitiosam fuisse, ac proinde sanctis illis Iuuenibus merito abominabilem.

Rectè illud uitiosum & pijs execrabile habet, quod uitiosum esse ostēdit cōsideratio uera

44 IN DANIELEM PROPHETAM
uera Auctoris, Formæ & Destinati. Qualia
enim sunt rei alicuius Principia, talia sunt
& Effecta.

Sed Nominum mutationis istius ac de-
prauationis, Principia uitiosa fuerunt. Hæc
Minorem sic probo.

1. Si enim quispiam Efficiẽtem caussam,
seu Auctorem spectet, Non est profani ho-
minis, mutare religiosa Nomina eorum,
qui sunt diuinitus sanctificati de Mũdo. E-
rat autem Princeps Aulicorũ homo pro-
fanus, & Dei ueri in mundo expers. E con-
trà Daniel cæteriq; ueri Israëlitæ, fuerunt
Dei peculium, gens sancta, &c.

2. Quod si Formam spectes, ipsam uideli-
cet significationem Nominum tam sacro-
rum, quàm profanorum, reprehēdi muta-
tio eorum debet.

Etenim qui religiosis nominibus abie-
ctis, idolatrica, & ambitiosa substituũt, gra-
uiter certè peccant. At hoc fecit Magister
Aulicorũ, ut hæc Nominum interpretatio,
docer.

Sacrum *Danielis* nomẽ, Deum eius iudi-
cem esse, testabatur. At profanum no-
men *Belteschatzar*, Bel (idoli Chaldeorum)
thesauri custodem, seu quæstorem, signi-
ficabat.

Sacrum

Sacrum *Hananiae* nomen, Dei gratiam in memoriam reuocabat: Sed profanum uocabulum *Sadrachi* exaltatum & delicijs affluentem denotabat.

Pium nomen *Misael*, sua à Deo forti penitentem, significabat: ethnicum uerò *Mesachi* nomen, eum qui auctoritate excellat, sibi uolebat. Quasi hoc summum sit bonum: ἀὶ ἀπιστία, &c.

Denique religiosum *Azariae* nomen, Deum opitulatore, celebrabat: gloriosum *Abednegonis* nomen, seu illustratore, seu Veneris seruum, significabat. Volunt enim Hebraei quidam, stellam Veneris *Nego*, dictam. Nisi fortè, *Nego* idem est quod *Nebō*, cuius idoli *Isaias* meminit, Cap. 46. i.

3. Postremò, si finem spectes (qui, si sit bonus, res quoque bona censeretur: sin autem malus sit, ipsa quoque res mala habetur) impius ille fuit, Videlicet, ut unà cum Nominibus, quæ in Circūcisionis religiosa liturgia ipsis indita erant, fœderis, quo Deo iuncti erant, iusticiæ fidei, & rotius ueræ Religionis, fiduciam, curam & studiū omne deponerent: & sese Idola colētium Chaldæorum Religionis & cætibus totos dederent & manciparent.

Exijs quæ hactenus dicta demōstrataq;
sunt,

46 IN DANIELEM PROPHE TAM
sunt, colligemus, uitiosam & pij abomina-
bilem fuisse hanc priorum nominum
tum mutationem tum deprauationem.

*Quenam uerò nobis hoc loco obseruanda
esse existimas?*

Primum id, quod Apostolus docuit hi-
sce uerbis: Ab omni specie mali abstinete,
1. Thes. 5. 22. Sunt enim mala, quorum tetra
& horrida species est: Sunt, quæ fucosa
specie seu ueritatis, seu utilitatis, seu hon-
nestatis blandiantur incautis, & eis impo-
nant. Maius autem periculum ab his im-
pendet, quàm ab illis. Iam uerò, ut de cæ-
teris malorum formis nihil dicam, quum
φιλοψυχία, seu honoris cupido omniũ homi-
num animos titillet & afficiat, cauendum
est pijs omnibus, ne nimium tangantur ri-
tulorum & gloriæ hominum amore: sed
Dei gloriam spectent, & nunquam non re-
petant Canonem Apostolicum: Opus autem
suum approbet ualquisq;: & tunc in
semetipso gloriationem habebit, & non in
alio, Gal. 6. 4.

Secundò, Non tantum plebeios homi-
nes, sed etiam illustribus & generosis Pa-
rentibus natos, obnoxios esse aduersis ca-
sibus, & humanæ uitæ *τυ ἀνομιᾶς* seu inæ-
qualitati

qualitati. Testatur autem & hæc historia, euentum respondisse tandem uaticinio Iesaiæ, quod is Ezechiæ Regis lapsum reprehendens, Iehouæ nomine edixit: De filijs tuis, qui egredientur ex te, quos genueris, tollent: & erunt Eunuchi in Palatio Regis Babylonici, Isa. 39. 7.

Tertiò, De Nominum impositione hæc pauca Aphoristicè annotare libet.

Apud Platonem laudat Socrates Demodicum, quòd filio nomen θεάγης imposuisset, quod ipse θεῶν καὶ ἰσοπρεπῆς uocat.

1. *Impositio nominū religiosorū, quum in Sacramēti Regenerationis liturgia peragatur, magni æstimanda est.*

Ioannis nomen, Baptiste Zachariæ filio, quum is circumcideretur, impositum est, Luc. 1. 60. Et Domino nostro Iesu Christo, eundem nomen Ies v inditū est, quando circumcissus fuit, Luc. 2. 31.

Ita Ecclesia Christiana, paruulis in Baptismo eorum, nomina imponit: quæ eam ob causam usurpanda sunt, & inter cætera incitamenta ad ueram pietatem, habenda.

2. *Danda autem est pijs parentibus opera, ut liberis suis ea imponant nomina,*

48 IN DANIELEM PROPHETAM
*nomina, quæ significatione sua calcar ad
virtutem addunt: aut memoria beneficio-
rum diuinorum, seruiunt.*

Iosephus, eo cōsilio Manassis & Ephraim nomina filijs suis indidit: quòd Deus eum, obliuione mulorum quæ erat perpeffus: & incrementis in terra afflictionis dignatus esset, Gen. 41. 51. 52.

Moses, alterum è duobus filijs appellauit Gersomum, quòd peregrinus esset in terra aliena: alterum autem, Eliezerum, ab auxilio Dei, quod erat expertus, Exod. 22. & 18. 4.

3. *Mutari nomina non debent, nisi diuina auctoritas interueniat.*

Mutauit Deus nonnihil nomina Abre & Sarai: Iacobo addidit cognomen Israelis: & Christus Dominus noster Simoni nomen Petri & Cephæ: Filijs Zebedei cognomen, filiorum tonitruui addidit: sed illi nec auctoritas defuit, nec etiam magnæ rationes, de quibus aliàs dicitur. Ac rectè pronūciauit beatus Hieronymus ea de re: Dominus in bonam partem nomina mutat antiqua, & ex rebus imponit uirtutum uocabula.

VERSUS 8. & 9.

Lectio 9.

24. Aprilis.

*Sed statuēs Daniel cum animo suo,
ut non contaminaret se portione cibi
Regij & vino potionum eius: requisit
à Principe Aulicorum, ut nō con-
taminaret se: Et cōciliavit Deus Da-
nieli benignitatem & misericordiam
coram Principe Aulicorum.*

Propositū nobis est differere, primū
quidem de Cibi & Potus delectu: de-
inde uerò, de hominum superiorum
egregia in nos uoluntate & humanitate.
Dominus Iesus det, ut ea dicamus, quæ ad
Dei laudem & nostram ædificationem fa-
ciunt.

De cibi potusq; delectu.

Quum Paulus Apostolus noster teste-
tur: Omnia pura esse puris, Tit. 1. 15. Quæ-
stione dignum uideretur: Rectène Daniel &
socij illius fecerint, quum abstinerent à re-
gijæ cibis & potionibus?

Respondeo, Rectè & religiosè ab illis fa-
ctum. Erenim in practicis comparatio de
electione fieri solet. Eligenda autem sunt
bona, quæ congruunt cum uoluntate diui-
na, de qua lex diuina disertè testatur: ideo-
que eo sic argumentor.

d Non

Non est in ullius mortalium gratiam id
admittendum, quod cum expressa Dei Le-
ge: cum temporum ratione: cum ueræ fi-
dei professione: deniq; cum perseverantiâ
in uera Religione proposito, bis per om-
nia pugnat.

Sed contaminatio per esum & potum
regionum esulentorum & poculëtorum,
cum illis omnibus eum ad modum pu-
gnabat.

Initiò enim si spectes Legem diuinã de
cibo potuq; Multis uescebantur Chaldei,
uerbi gratia, carnibus suillis & leporinis:
sanguine, adipe, suffocatis, &c. quibus non
licebat uesci Iudæis, Leuit. 11. Deut. 14.

Deinde, si Temporum rationem confi-
deres, nõdum abrogata Lege Ceremonia-
li, non licuit fidelibus in uetere Testamen-
to, citra delectum ullum uesci quibusli-
bet Cibis.

Tertiò, quum Chaldæi suis Epulis Ido-
lothyta καὶ πρῶματα plerumque miscerenti
hisce uesci perinde erat, ac si quis è nostris
Ecclesijs, patiat sibi persuaderi, ut inter-
sit Missæ.

Quartò, si perseverantiam in uera Reli-
gione attendas, non licebat Iudæis fidelibus
uesci illis cibis: ne participes fierent
dæmo-

dæmoniorum, 1. Cor. 10. 20. Erat enim apostasiæ seu defectionis ad Ethnicismum *της αμαρτίας*, uesci promiscuè cibis Idola colentium.

Exijs quæ haftenus diximus, liquet, rectè à Daniele & socijs eius decretum fuisse, ne se contaminarent cibo regio.

ἀποεία 1.

Sed hic dubium occurrit, Quomodo, quicquid creauit Deus, bonum sit: & nihil reijciendum, si cum gratiarum actione sumatur, 1. Tim. 4. 4. quorsum attinet ciborum delectu uti?

Respondeo, triuariam cibum, potum & alias res, quorum usus est in hac uita, considerandas: Naturæ uidelicet, Opinioni humanæ & Legis respectu.

Naturæ respectu ita pronunciauit Paulus: Noui, & persuasum habeo per Dominum Iesum, nihil esse impurum *ἀκάθαρτον*, se: sed ei qui existimat aliquid esse impurum, id ei impurum esse, Rom. 14. 14. At si legem ceremoniam consideres, multa profectò impura tam temporis haberi debuerunt, propter iudiciū legislatoris Dei: quo stare oportuit omnes, quibus illa fuit præscripta. Apostolus autem in illo dicto res per se considerat.

ἀποεία 2.

Sed Paulus disertè pronunciat: Omnia quidem pura puris: pollutis autem & infidelibus nihil esse purum: sed pollutam esse eorum & mentem & conscientiam, Tit. 1.15. Poterant igitur homines isti puri, Daniel, Hananias, Misael & Azarias uesci quibuslibet cibus, quod illis nullus esset immundus.

Responsio. Etsi fatendum est, mundos fuisse illos Adolescentes: non tamen ea erat temporum, sub lege Pædagogo ratio, ut ijs quorum corda fide purificata essent, liceret citra delectum, quouis uti cibo. Alia autè ratio est libertatis, qua gaudet Ecclesia Noui Testamenti, Christi liberatoris beneficio. Hoc autem sibi uult Paulus in Mente & Conscientia per sanguinis Christi asperionem expiata: nõ in externis lauacris, delectu ciborum & alijs Leviticis ritibus puritatè esse positam: id quod Pseu- doludæi impudenter negabant.

ἀποεία 3.

Videtur autem cum Lege pugnare Euāgelium. Nam quod olim Lex prohibuit: id nunc permittit Euangelium.

Responsio. Non pugnant hac quoque in parte Lex & Euangelium. Nam, illa quidem

dem nō rerum naturam præcipuè, sed Dei consilium de segregandis Iudæis à cæteris gentibus respicit: & diuersam nō nihil uictus rationem illis præscribit: hoc autem, rerum à Deo conditarum usum utilem, hominibus fidelibus permittit. Iuxta dictum: Quæ Deus purgauit, tu ne polluito, Acto- rum 10. 15.

Quid censes faciendum homini verè pio, si ei cum Papistis versandum sit, delectum ciborum obseruantibus?

Hominum delectum ei antè omnia habendum: & libertate Christiana sic utendum, ut ne ea infirmis sit scandalo, arbitror.

Si enim cum moderatis hominibus, qui se doceri patiantur, se uersari uideat, totus in eo erit ut Iesum Christum crucifixum, sapientiam, iusticiam, sanctificationem & redemptionem Saluatorum esse ostendat: ac uitæ innocentia fidem ornet. De esu carniū tempore quadragesimæ, aut diebus Veneris non laborabit: tantum abest ut earum copiam uel desiderando uel absumendo, illos offendat, de quibus spes aliqua est uberioris cognitionis Christi. Iuxta dictum: Quapropter si esca facit, ut offendat frater meus, non uescar carnibus in æ-

54 IN DANIELEM PROPHETAM
ternum, nec faciam ut frater meus offenda-
dat, 1. Cor. 8. 13. Quod si illi de causa absti-
nentiæ quærant, ingenuè illis responden-
dum est, non conscientia, quasi non liceat,
præpediri: sed charitate & studio erga eos
moueri, quibus optimè consultum ueli-
mus. Libertati enim Christianæ hæcce ab-
stinentiam non præiudicare.

At, si cum ueteratoribus, libertatem quæ
in Christo habemus explorantibus, & do-
ctrinæ Euangelij infensis, nos uersari ani-
maduertamus: ne ad momentum quidem
illis cedendum est per subiectionem, ut ue-
ritas Euangelij permaneant apud nos. O-
randus autem nobis erit Spiritus sanctus,
ut nobis det summo cum iudicio hac in
parte agere: & quum res postulat omni-
bus omnia fieri, ut tãtò plures Christo lu-
crifaciamus: quemadmodũ de seipso Gen-
tium Doctor scribit, 1. Cor. 9. 19.

*De magni nominis hominum præstante erga
nos voluntate.*

Dicturus paucis, de beneuolentia super-
riorum erga inferiores & subiectos: aures
basilicæ uice dissertationi substernam, nobile
dictum Salomonis: Multi quærent faciem
Dominantis: sed à Iehouah proficiet iudicium

iudicium uniuscuiusque, Prou. 29. 26. Hoc est, Principium & Magistratum beneuolentiam plurimi sollicitè quærunt & ambiunt: sed quo quisque loco, quaq; in gratia apud Magistratum esse debeat, Deus, qui Regum corda in sua manu habet, decernit & efficit.

1. Principum beneuolentia erga nos, Dei donum est. Ita rem habere testantur exempla, Danielis hoc capite uersu 9. Iosephi, Act. 7. 10.

2. Multum tamen refert, bonone pioq; an uerò profano Principi gratus sis & acceptus. Quis enim sanus non malit Dauidi, Iosaphato, Iosifæ optimis Regibus placere & probari: quàm Sauli, Rehabeamo, Vfiæ & similibus?

3. Excellens uirtus & sapientia, amoris bonorum Principum causa προκαταρκτική est.

4. Non tamen planè acquiescere nos decet, etiam in optimorū Principum præstanti erga nos uoluntate, Psal. 146. 2. Ne fidatis Principibus, filio hominis in quo nō est salus, 3. Egredietur Spiritus eius, reuertetur in terram suam, in die illa pereunt cogitationes eius.

5. In eo enim, qui nec fallit, nec impotentia

56 IN DANIELEM PROPHE TAM
tentia laborat, nec sui dissimilis esse po-
test, ac est summè *φιλάνθρωπος*, spes nostra in-
clinata tutò recumbit, Psal. 146. 5. Beatus i-
taq; est is, in cuius auxilio est Deus Iacob,
cuius spes est in Iehouah Deo suo.

Leclio 9.
26. Aprilis.

VERSUS 10.

*Dixit enim Princeps Aulicorum
Danieli: Timeo dominum meum Re-
gem, qui cōstituit cibum vestrum &
potiones vestras: nam quare videret
facies vestras mæstiores quàm puero-
rum qui similiter vt vos, ad tempus
alendi sunt, et efficeretis mereum ca-
pitis apud Regem?*

PROPOSITUM mihi est, per Anagogé, o-
stendere, summorum hominū offen-
sam sic esse nobis metuendā & uitan-
dam: ut Dei iram maximè nos reformida-
re oporteat.

Si mortalis Principis iusta indignatio,
homini Aulico summoperè cauenda est
multò magis homini Christiano, Dei ne-
mesis & uindicta extimescenda fuerit. Iu-
xta dictum: Seruite Iehouæ in timore, &
exultate ei tremore. Osculamini Filium,
ne fortè irascatur, & pereatis in uia, quum
exar-

exarserit uel paululum furor eius: beati omnes qui sperant in eo, Psal. 2. 11. 12.

Atqui homini Aulico Regis indignatio, cauenda est. Etenim ira Regis est ut nuncijs mortis: at uir sapiens remouebit eam, Prouerb. 16. 14.

Huc egregiè facit exemplum Aspenazi, Magistri Aulæ Babylonicæ, qui ingenuè confessus est, se metu offensæ Regis, nõ temerè audere, liberam cuiuspiam facere copiam alterius diætæ, quàm eius, quæ ab ipso principe esset præscripta. Lucent autem in eo homine hæ uirtutes.

1. Reuerètia erga summum Principem, liberali iudicio de Edictorum regionum obseruatione, contestata.

2. Cura de incolumitate: quam omnibus cordatis commendauit Salomon hoc nobili dicto: Beatus homo qui pauet semper: sed qui indurat cor suum, corruet in malum, Prouerb. 28. 14.

Multò igitur magis Deum omnipotentem, *Каждовъслъ* & Dominum dominantium, nos reuereri decet. Iuxta dictum: Iehouam exercituum sanctificabitis: & ipse sit timor uester & ipse pavor uester, Iesa. 8.

uerl. 13.

De remedio nimij timoris hominum.

Sunt, qui hominum metu nimio, sic afficiantur, ut propemodum contabescant, & in perpetuis angoribus uersentur. Eius mali, quod certè non est uulgare, causam primò, deinde & remedium inuestigare, magnum operæpretium fuerit.

Causam tanti mali esse, quòd non satis meditatam habent Dei prouidentiam, res ipsa testatur. Si enim prouidentia diuina moderatrice, aduersa & secunda dispensari: pios castigari, aut martyrio illustrari: impijs frenum laxari, ut ea admittant quæ manus consiliumq; Dei decreuit ut fierent: ac eos coherceri & pœnis suo tempore affici: si denique capillos capitis omnes numeratos esse, persuasum haberent: mœrore metuq; non ita conficerentur. Sed quia de his non ita plenè persuasi sunt, inter rerum imagines, uelut spectra quædam horrificacum magno terrore uersantur. Præ omnibus autem hominibus maximè percelluntur profani & Athei homines, quibus opponens Salomon fideles, ita pronunciat: Impij fugiunt, tametsi nemo persequatur: Iusti autem instar leunculi còfidunt, Prou. 28. 1. Et Psal. 14. 5. Ibi uehementer timent, quoniam Deus est in generatione Iusti.

Reme-

Remedium uerò timoris hominum qui nobis sunt infensi, praesentissimū est, Deū, fide praelucente, reuereri. Ut enim Iustum est perpetuis horroribus eos concuti & affici, qui Deum contemnunt, more Gigantum *θεομάχαρον*: sic Dei gratia æquum est, eos animi praesentiam experiri in medijs mundi huius terroribus, qui Deo protectoris & opitulatoris laudem gratis animis tribuunt: & in eo solo acquiescunt.

Exemplo autem nobis sunt (ut Deum reuerentes, homines non nimium metuemus) beati Apostoli, qui quum animaduertent minis & ui aperta secum agi, intrepidis animis dixerunt Aduersarijs suis in conuentu publico: An apud Deum iustum sit uobis potius auscultare quam Deo iudicare: Non enim possumus quæ uidimus & audiimus, non loqui, Actorum 4.19.20.

Exemplo est & David cuius hæc uerba sunt: Iehouah mecum est, nō timebo quid faciat mihi homo. Iehouah mecum est inter auxiliares meos: propterea ego uidebo quod opto in odio habentibus me, Psal. 118.6.7.

Quia nō ita fert tempus, pluribus ut de hac re nunc agam, oro Deum, ut nobis det fide

60 IN DANIELEM PROPHETAM
fide Mundum uincere: ad gloriã Dei, quæ
cum salute nostra est coniuncta.

Lectio 10.
27. Apr.

VERSUS 11. 12. 13.

*Dicente itaq; Daniele ipsi Promō,
quem præfecerat Princeps Aulicorū
Danieli, Hanania, Misaeli & A-
Zaria.*

*Proba quæso Seruos tuos diebus de-
cem, denturq; nobis de leguminibus,
quæ comedamus: & aqua quas biba-
mus:*

*Deinde inspiciantur coram te vul-
tus nostri, & vultus Puerorū, qui co-
medunt portionem Cibi regij: & pro-
ut videris age cum Seruis tuis.*

Ordine ^{accusatorij} adhibito, quinq; Ca-
pita Circumstantiarum, breuiter ex-
ponam: & quidem eo consilio, ut
quænam ab ijs qui alieni sunt à sancta no-
stra Religione, & qua lege petenda nobis
sint, indicare possim. Quum autem uox di-
uina præcipiat, ut circumspicere ambule-
mus inter eos qui foris sunt, redimentes
occasionem: nemo pius non uider, fructū
neutrquam uulgarem, ex huius doctrinæ
consideratione ad nos posse redire.

Sunt

PRÆLECTIONES. 61

Sunt autem hæ Circumstantiæ Rerum & Personarum. 1. Quinam beneficium experant. 2. A quo illud sibi præstari flagitent. 3. Quo sermonis genere utantur. 4. Quid sibi præstari petant. 5. Qualege & omine petant.

1. *Quinam petant beneficium.*

Expressa mentio fit quatuor Adolescentum, qui concordēs *ἢ ὁμοθυμαδὸν*, beneficio quodam sibi opus esse, testati sunt. Creditibile est & alios quosdam *ὁμόφρονas*, seu consentientes, eis adfuisse. Videntur autē Daniele internuncio usi.

Thesis. Quemadmodum fidelium hominum, preces ad Deum unanimiter fundentium, concentus, Deo est gratissimus, nec fructu caret, Matth. 18. 19. ita eorundem de uera Religione & eius exercitijs confessio & confessio, admirationi est, etiam à uera fide alienis. Huc nonnihil facit illud Augustini dictum (quod *κατ' ἀνάθεσιν*, de se metipso, si quidem Manichæus adhuc foret, & à fideli homine secum de Euangelij ueritate ageretur protulit) Euangelio non crederem, nisi me Ecclesię moueret auctoritas. Cæterum hæc dilidij soluitur & decus, admirationemq; apud externos amittit: econtrà concordia & uinculo perfectio-

62 IN DANIELEM PROPHETAM
fectionis, seu charitate, augetur & amplifi-
catur. Hortor itaq; uos, fratres, per Domi-
num nostrum Iesum Christū, ut charitatis
& concordiae studiosissimi sitis: & ut apud
Pontificios nostrarum Ecclesiarū uulnera
sanare & tegere, malitis: quàm Cadmæo-
rum fratrum exemplo, exasperare. Ne quē
credentem Iesum Christum in Carnem ue-
nisse, & Symbolum Apostolicum ex ani-
mo consentem, uel contempseritis, ne-
dum condemnaueritis.

2. A quo petant beneficium.

A Promo regio, quem apparet Aspen-
zi succenturiatum administrū fuisse. Eth-
nicum fuisse hominem, non est obscurum.
Neque enim, si quid ipse Iudæorum Reli-
gioni (quæ tum sola in orbe uera erat) de-
tulisset: sollicitè fuisset, & quidem non ci-
tra explorationis conditionē, exorandus.

Thesis. Sæpenumerò eò, Sanctorum mi-
lantium in hoc Mundo, res redeunt: ut e-
tiam alienis à fide supplices fieri, eiusq; rei
quæ Deus uel præscripsit uel concessit, co-
piam petere cogantur.

Dauidi, à Saule proscripito & exulanti,
hospitium quærendum & impetrandum
fuit, ab Ethnico dynasta Achis, Rege Gath.
1. Sam. 27.

Sed

Sed exemplorum recensionem consulo omittens: uos etiam atque etiam oro, ut ne sitis *σεπρόβλάμους*: horridi & agrestes ulla in re, quæ *ἐπιεικὴς* & modestè petendo impetrari potest. Fundite ardentes preces pro summis Principibus: & orate Deum, ut illorum corda flectat ad commiserationem erga pios. Si quid autem à Principibus petendum fuerit, id omne cum summa modestia & ueneratione ordinis politici, citra turbulentas actiones, expetite, &c.

Fuit sanè Principū quorundā Germanorū, liberam Euangelij (cuius egregiā Confectionē, Anno Christianæ Epochæ, 1530, Augustæ, exhibuerant) in Ecclesijs prædicationem, expetentibus, eximia & etiam posteris imitanda, reuerentia & subiectio erga Carolam V. Augustum: & eius germanum fratrem, Ferdinandum I. Augustum, principem bonum. Sed, ut dixi, exempla plura non est animus percensere.

3. Quo genere orationis sint vsi.

Vetus & elegans Proverbium est: *Caput artis est, decere quod facias*. Erant autē isti Adolescentes captiui, exules & in aliorum relictæ potestatem. Quocirca rectè & prudenter ab eis factum est, quòd modesta & sup-

64 IN DANIELEM PROPHETAM
supplice oratione sunt usi apud Promitum
& alios Aulæ Babylonicæ proceres. Hu-
militer enim humiles loqui decet: ut ille
ait apud Stobæum.

Thesis. Vim rebus aliquando ipsa uer-
borum humilitas affert: ut alicubi Quinti-
lianus pronunciauit. Id autem tum aliâ
uidere licet, tum præcipuè quum non ita
pridem illustres & florentes personæ, in
ærumnosorum Catalogum adscriptæ, lu-
dibria inconstantia rerum humanarum, fa-
ctæ sunt. Quum enim modestè, oratione
supplici, aliquid petunt, consideratione
stemmatum, uitæ cum dignitate antea actæ,
improvisæ calamitatis, & orationis quasi
quadam uerecundia, uehementer afficiunt
animos hominum quibus cum loquuntur
& facillè persuadent ijs qui cordati sunt.

4. Quid sibi præstari isti Adolescen-
tes petierint.

Si speciem spectes, petierunt, ut sibi bo-
nâ pace Promi integrum esset, leguminibus
uesci, & aquam bibere: si uerò destinatum,
ut sibi ex præscripto Legis diuinæ, cibo po-
tuque licito, temperanter & sobriè uti li-
ceret.

Leguminum uoce, *κατὰ συνδοχὴν*, intellige
Cibos

Cibos ἀνοήτους & parabiles, quibus uesci iudaicus ius fasque erat. Neque hic de abstinentia ab esu carniū, qui tum non ita, ut nunc frequens fuisse uideretur, ἀνοήτως philosophari libet.

Illud autem ἐπιπαρόδιον mouere libet: Nulla apud hominem profanum Legis Mosai-
cæ allegatione, istos Adolescentes consulto usos, ne eius aspersionem animum impedito ueræ Religionis præberent. Fuerit autem prudentiæ Christianæ, sic dare operam ut sermo noster sale conditus habeat gratiam, ut tamē delectus hominum, quibuscum loquimur, minimè desit. Etenim, si sit cum domesticis fidei nostræ colloquendum, optimum ad ædificationem fuerit, Scripturæ sanctæ testimonijs, frequenter uti. At si necesse sit cum alienis à fide colloqui, Scripturæ maiestatis rationem habendam, ne à nobis quidem usurpata, ab imperitis autem sprete, uilescat: margaritis uidelicet proculcatis, Matth. 7. 6. Ne tamē desimus nostro officio, utamur eorum scriptorum testimonijs, quæ in precio apud eos, qui foris sunt, habentur, & eis pia-
rum cogitationum materiam subministremus. Equidem mihi persuadeo, ueteres illos, Clementem dico Alexandrinum, Eusebium

68 IN DANIELEM PROPHETAM
sehium Cæsariensem & alios, eo planè con-
filio, in disputationibus de Religione, Phi-
losophorum dictis commemorabilibus &
instituto ipsorum nonnihil accommoda-
tis, usos: ne fructu careret amica colloqui-
tio, néue Ethnici homines à consideratio-
ne doctrinæ Christianæ absterrentur,
quando etiam suorum hominum saniora
dicta candidè accipi uiderent. Sed hæc u-
sus gubernator Christi Spiritus, nos do-
cebit.

Thesis. Temperantiæ, in uictu & totius
uitæ cultu & specie, domi & foris, in securi-
dis & aduersis, accurata est habenda ratio:
ijs præsertim, qui ueram sanctamque Reli-
gionem profitentur. Eius rei illustre exem-
plum, in Danielis & sociorum eius histo-
ria occurrit. Etsi illis aulico more uiuendi
& delicatè ac molliter agendi, copia facta
esset: tamè reuerentia erga Deum, & uale-
tudinis cura moti, prudenter sibi consu-
luerunt, & sobriè sibi uiuendum, iudica-
uerunt.

Vtinã uerò, sicut, laudatissimus ille Medi-
cus, de saluberrima honestissimaq; sua arte
pronunciauit: ἐδὲ μὲν μικρὸν, ἐδὲ μὲν παρὰ πολλοῦ ἐπι-
omnium ordinum & ætatum homines, de
uictus moderata ratione usurpāda admo-
niti;

niti, sibi persuadeant, nihil paruum, aut despicendum, opere tanto commendari.

Enimvero, ut olim Scipio, ad luxu & inertia perditum exercitum, qui Numantiam diu obsederat, missus, pulla ueste sumpta, obambulasse: ac se probra exercitus lugere questus est: sic mihi & alijs, inter huius nostræ ætatis dedecora & pestes, intemperantiam, animorum corporumque pestem, deplorandam, pridem in animum induxi meum. Verùm hic non est ^{de persuasione} sed docendi locus. Vestræ autem pietatis fuerit, accuratè omnes istius negocij circûstantias expendere, & discere sanctum artificium demulcendi & uirtute nobis conciliandi animos eorum, qui sunt alieni à fide nostra, ne professioni & exercitijs religionis, sint impedimento. Enimvero quorundam harmostarum inconsultus Zelus, & erga summos Principes dicacitas ^{ἢ βλασφημία}, erga conseruos aegreste odium, non parum damni Ecclesiæ inuexit. Vt etiam ciuis noster Erasmus, de Ate & Lite loquens, non iniuria alicubi est questus.

5. Qualege beneficium istud sibi præstari, petierint.

Prudenter dicitur: Ἀλλὰ δὲ θεῶν ὁ πρόπτερ ἀσμίχανα:

68 IN DANIELEM PROPHE TAM
μάχαρα: ut ait Ismene: quod fieri nequit, ne
quidem incipiendum. Ita non est prudentis,
ea quæ nequeas persuadendo obtinere, odiosa
oratione nequicquam flagitare. Ea uerò, quæ
si modeste & conditione non inhonesta adhibita,
petuntur, impetrari possunt: uerecundè
expetenda, & ubi eorum facta copia est,
moderatè ad usum necessarium, adhibenda
sunt. Prudenter itaque fecerunt Daniel & ceteri
eius sodales, quòd summissè petuerunt à
Promo, ut sibi ex præscripto Legis diuinæ,
uiuere liceret: & quòd honestà,
de exploratione diætæ per decendum,
conditionem eidem obtulerunt.

Thesis, Etiam in bona causa, si cum eius
ignaris negocium sit, uerecundè & conditione
non illiberali annexa, instandum ne sit
eo carendum, quo modis omnibus sit opus.

Sanctum & ingeniosum artificium est,
considerare, quid, à quo, qua lege petas, ne
uidelicet bonam iustamque causam agendo
malè, deteriore reddas: & Atheis occasionem
per imprudentiam præbeas, ea negandi,
aut inhibendi, quibus pij carere nequeunt.

Cum te à Deo in manus eorum qui alieni à

ni à fide sunt, traditum uides, ne usquam pecces, ea primùm pete, quæ ad conscientia puritatem retinendam, planè sunt necessaria: deinde, ne pigeat pudeat'ue etiam ab ijs, qui alieni à fide sunt, suppliciter petere, ut humanitatem erga te suam benignè declarare uelint: uirtutis causa, cuius sit eximium decus: postremò, uide ut prudenter ea obstacula amoliaris, quibus illos moueri posse præuides. Id autem fiet, si non seuerè, non ex animi tui arbitrio, sed ex illius, conditionem bonam non aspernantis, iudicio, beneficium metiaris. De nobis Christus, ut prospicièter & uerecundè agentes, & impetremus ab alijs ea quibus est opus, & uirtutis admiratione benè affectos, nobisque conciliatos, Christo lucrifaciamus, Amen.

VERSUS 14.15.16.

Lectio LV.
6. May.

Auscultans eis in hac re (Promus) probauit eos diebus decem. Exactis autem diebus decem, apparuit uultus eorum elegans, ut pinguium carne: præ omnibus pueris, qui comedebant portionem cibi regij. Itaque perrexit Promus ipse tollere portionem

70 IN DANIELEM PROPHETAM
cibi ipsorum, vinumq; potionum ipsorum,
& dare ipsis legumina.

Docendi gratia, tria hæc doctrinæ Capita, ordinè explicabimus.

1. Exemplum Superioris, qui inferioribus æqua perentibus, certa lege morem gessit.

2. Narratio, de moderatæ uictus rationis studio & successu, illustrata exemplo Danielis & Sociorum eius.

3. Dijudicatio Problematis, Plus'ne copia cibi potusq; ad ualitudinem tuendam faciat, an uerò frugalitas & delectus utriusque?

De primo Capite.

Promus Regius, etsi in sua potestate haberet Danielem, cæterosq; Adoloscences, qui regijs impensis alendi erant: perhumaniter tamen fecit, quòd sibi passus est persuaderi, ut per decendum, periculum faceretur eius diætæ, quam illi sibi pernecessariam esse iudicabant. Intelligebat enim sibi non tantum suæ in illos auctoritatis: sed etiam uirium & ualitudinis rationem esse habendam.

Discimus autem hoc loco.

1. In uictus ratione & totius uitæ habitu,

tu, non solum ualitudinis & uirium: sed etiam Conscientiæ, tum nostræ, tum etiam alienæ, accuratam rationem nobis esse habendam: ut prolixè docet Paulus, Rom. 14. & 15. 1. Cor. 7. 9. & 10.

11. Dignitatem superiorum, humanitate erga inferiores, temperandam; humanitatem autem, ueris officijs cõtestandam esse. Cæterum inter ueræ humanitatis officia, non postremum locum obtinet, copia utendi ea uictus ratione, quæ cuiusq; naturæ & temperamento conuenit & est saluberrima. Quotopere igitur humanitati aduersetur, Cyclopica uiolentia, quæ cogit modum excedere in uictus ratione, & uim infert naturæ, nemo sanus non intelligit.

De secundo Capite.

Promus experimento manifesto decendij edoctus, animaduertit, plus conferre Danieli & socijs eius, ad ualitudinem tuendam, ad formæ elegantiam, ad sensuum uigorem & corporis robur, frugalem uictus modum: quàm cæteris delicijs regijs affluentium, copia immodica contulisset.

Quum ergo hic occurrat illustre exemplum salubris Temperantiæ circa uictum de hac ἀπολογία selectorum dictorum insti-
 e 4 tuam.

72 IN DANIELEM PROPHETAM
tuam. Precor autem Christum Iesum, ut is
nobis det, ut non solum piè & Iustè, sed etiam
sobriè uiuentes, ipsi placeamus.

Filius Dei apud Lucam, cap. 21. 34. gra-
uissimè edixit: Cauete uobis ne quando
grauentur corda uestra crapula, & ebrieta-
te, & curis huius uitæ: & repente uobis su-
perueniat dies ille.

Paulus, Eph. 5. 18. Ne, inquit, inebriemini
ni uino, in quo luxus est: sed implemini
Spiritu.

Seneca scitè dixit: Parabile, & appositum
est quod Natura desiderat: ad superuacanea
fudatur: ad manum est, quod satis est.

Idem: Copia Ciborum animi subtilita-
tem impediri, ait.

Ambrosius: Cibus, ait, immodicus & a-
nimo & corpori obest.

Inter cæteras autem diuinæ benedictio-
nis, quæ Deum colentibus & sobriè uiuen-
tibus promissa est, formas, prospera uale-
tudo recensetur. Iuxta dictum: Coletis le-
houam Deum uestrum, & benedicet pani
tuo, & aquis tuis, & auferam infirmitatem
è medio tui, Exod. 23. 25.

Quotquot itaque tenui uictus ratione
utuntur, Danielis & eius sodalium exem-
plum intuentes, meminerint Oraculi il-
lius;

lius: Non solo pane uiuet homo, sed omni uerbo exeunte per os Dei, Deuteron. 8.3. Matth. 4.4.

Rursum, quibus maior copia rerum superpetit, ij ne nimum suo genio indulgeant: sed potius eum defraudent, ut pauperibus penuria cibi porusq; laborantibus subueniant; & suæ redundantiaæ fructum redire patiantur ad eos, qui inopia laborant.

Omnes autem in uniuersum temperantia amantes simus, & ad eam nos assuefaciamus, illud persuasum habentes, edere nos ut uiuamus, non autem uiuere ut edamus, &c.

De tertio Capite.

De Problemate: Plus'ne ad tuendam ualitudinem conferat frugalitas aliquid subtrahens de copia cibi & porus, an uerò redundantia? breuiter in hunc modum pronuncio.

1. Non est experientiaæ uniuersali, quæ *κατ'όλον* est, impudenter reclamandum. At qui hæc testatur frugalitatem & temperantiam in ratione uictus ualdè prodesse: ut uel hæc historia testatur.

2. Summis artificibus fides est adhibenda in sua arte. Atqui hi pronunciauerunt hæc tria esse saluberrima: *προφῆς ἀνοείτω,*

καὶ σόνων ἀκονίλων καὶ σπέρματ' ἑοίης σωτήρησιν. Hoc est, uesci citra saturitatem, impigrum ad labores esse, & naturæ semen conseruare.

3. Exempla uirtutum quibus laudatissimi homines excelluerunt, imitationis causa, obseruari debent.

Cyri Pater, hoc nomine apud Xenophōtem laudatur, quòd nō nihil adhuc sciens, à potu sibi temperaret: nec aliud est de cibo solido iudicium, à cuius nimia copia, maius est periculum.

Galenus in libro de pulsuum usu, immodicas repletiones, pulsus quidem maiores, respiraciones autem minores atq; crebriores reddere, uerè testatur.

Idem in libro de Optimo corporis habitu, de Athletica ἀσκήσῃ loquens ait: Sanguis ipse, tum ob naturalis caliditatis copiam, tum ob actionis perpetuitatem, nec non ob incrementum assiduum, quasi efferuescens, ipsorum uasorum tunicas, ut mustū dolia, disrumpit. Hæc igitur omnia, nec non repentinæ omnium functionum resolutiones (ut paucis docuit Hippocrates) necessariò immoderatas repletiones sequuntur.

Econtra, quum paucis Natura contenta sit, frugalis uictus ratio tuendæ ualitudini plurimùm conducit. Dei tamen benedictio.

ditionem accedere, omninò est necessarium. Sed de his, ista in summa ocij penuria, dixisse satis lit.

VERSUS 17.

Leclio 12.

7. Maij.

Interea pueris istis quatuor dedit Deus noticiam & intelligentiam in omnibus literis & sapientia: Danielem verò peritum reddidit in omni visione & somnijs.

GRatias ago toto pectore Domino nostro Iesu Christo, qui unus est doctor noster, Matth. 23. 8. quòd Academia nostra, pestis ferula subducta, iam efflorescente, eius solius beneficio nobis datur, in lucidissimo exempli Danielis & fortiorum eius quasi quodam speculo, uideate, quid de eximijs humani ingenij dotibus, nobis sit statuendum: & quàm sint illi felices, qui donum Dei ἀναίσχυρον, seu suscitare, studio habent. Spero enim fore, ut pulcherrimo exemplo admoniti, cum eruditę doctrine studijs, pietatis cultum & exercitia coniungentes, obtineamus à Deo plura & maiora Spiritus sancti χάρισματα, quę nostrę & aliorum emendationi seruiant. Et quum arduum sit absque exemplis, magnas

76 IN DANIELEM PROPHETAM
gnas res dilucidè ostendere: ut dixit Plato:
magnopere nos lætari conuenit, quòd se-
lectissimorum exemplorum copiam, Sa-
cra scriptura nobis subministrat.

Sed enim, ut ad institutū accedam, ini-
tiò ea quæ τῆς θεωρίας, seu Contemplationis
sunt propria prosequemur, acturi de Inge-
niorum cultu, de quo sanè nos omnes o-
mni tempore cogitare, æquum est: deinde
& ea, quæ τῆς αἰδησεως & religiosi exercitij u-
susq; sunt, fideliter attexemus: sequuti pru-
dentis illius uiri præceptum: qui suos uo-
lebat τὸ σοφίῳ μεταγαγεῖν εἰς τὸ τέχνην.

De ingenij cultu.

Ingenij cultum uoco, non solùm elegan-
tiam eius, quæ absterfa barbarie ignoran-
tiæ, & falsarum opinionum, emicat: sed e-
tiam eximias dotes, eruditæ doctrinæ co-
piam & usum, seruientem publico generis
humani bono: quū sint uitæ humanæ præ-
sidia honesta, iucunda & necessaria.

Omissis autem ijs omnibus, quæ ἐπινο-
εῖται, de cultu & præsidijs ingenij, dici-
rum mentio sit in hac Narratione. Possunt
autem ad tria reuocari Capita, ad Caussas
efficientes, ad Circumstantias, & denique
ad species. De his igitur breuiter agendū.
De Caussis.

De Causis Efficientibus.

Quemadmodum Philosophia, ferè inuestigat secundas & proximas rerum causas: Sic Theologia, quum ad Dei laudem omnia referat, primam causam primò & præcipuè adducit. Aristoteli tria uisã sunt necessaria ad parãdam Eruditionem, *φύσις*, qua uoce ingeniu felix designauit, *μάθησις*, doctrina: & *ἀσκησις*, seu exercitatio. Hæ sunt causæ efficientes propinquæ eruditionis. Sed Propheta noster, persuasum habens Sapientiam à Deo proficisci, utrumque ostendit, & Deum esse sapientiæ qua homines quidam excellunt *ἀριστὸν λόγον*: & communicationis tanti muneris, *πνευματικῶν* in Deo causam esse, ipsius gratiam & erga homines amorem. Atque hoc sibi uolunt eius uerba: Dedit Deus notitiam & intelligentiam. Huc faciunt hæc duo dicta, Prouerbior. 2, 6. Iehouah dat sapiëntiam, ex ore eius egreditur cognitio & intelligëtia, Iac. 1. 5. Si cui uestrum deest Sapientia, postulet ab eo qui dat, nempe Deo, qui dat inquam omnibus benignè, nec exprobrat: & dabitur ei.

Nos itaq; ab eo qui æterni Patris Sapientia *ἡ ἐπιστήμη* est, sapientiæ donū, petamus: & eo ad eius, qui illud dat, gloria, utamur.

De

De Circumstantijs.

Circumstantiæ duæ hoc loco perpetuandæ sunt, Temporis una: altera uero Personarum.

Ad temporis circumstantiam, triennij notatio pertinet. Intra triennium Daniel & sodales eius, non solum literas & linguam Chaldæorum feliciter didicerunt: sed etiam *θεοδιδαντοι*, uaticiniorum & somniorum propheticorum rationem, cœperunt intelligere.

Discimus autem hoc loco, breui tempore, multò plura disci posse, quàm quisquam rerum non admodum gnarus, sibi polliceri aufit. Etenim incredibilis est ingenij humani uis, quæ si ordinè & delectu rerum adhibito, in studijs progrediatur, successus urgeat: & omisis, ac à tergo neglectis, qui lentè subsequuntur, eos qui strenuè procedunt, insequatur, eruditionis ueluti palam breui tempore consequitur & obrinet. Est tamen & alia superior causa, cui nihil non modò arduum, sed etiam difficile, nempe Deus fons perennis & inexhaustus sapientiæ, qui perinde Mentis humanas luce sua illustrare potest, quemadmodum Solem supra nostrum hemisphærium ascendit.

ascendentē, tenebras nocturnas discutere
& rebus humanis lucē inferre, uideamus.

De Personis, hoc est, ijs, quibus hæc ingeniorum felicitas diuino munere cōcessa est, dicitur: *Pueris autem istis quatuor.* Obseruabimus autem hoc loco, primò ætatē: deinde, numerum.

Prudenter dixit Aristoteles, Polit. 8. Nō solum pueri erudiendi sunt in arte utili & necessaria, sed etiam in artibus liberalibus & honestis.

Rectè etiam Agefilaus censuit, eā pueris discenda, quæ uiris usui esse possent.

Monemur autem Danielis, Ananiæ, Misaelis & Azariæ exemplis, ijs Iuuenibus, qui studiose discunt non ea solum, ^{ut p. dicitur} ut ille dicebat: sed etiam ea quæ Ecclesiæ utilia & necessaria sunt: & non seiungunt pietatis exercitia à studio Theorico: à Deo eximijs dotibus instrui & ornari.

De numero istud annotare liber, Quatuor istis iuuenibus datum intelligentiæ donum, quod multis alijs negatum fuit. Et ea ratione illis datum, ut alijs superior esset Daniel. Solet enim Deus, cui nemo à consilijs est, pro suo arbitrio, alijs quidem plura, alijs pauciora: nonnullis autem plane nulla conferre Talenta, Matth. 25.

Etenim,

80 IN DANIELEM PROPHETAM

Etenim, si fidei doctrinam alijs commu-
nicat Deus, alijs uerò denegat: quis mire-
tur doctrinæ Philosophicæ, Medicæ: Iuris-
prudentię lumen & noticiam alijs dari, ne-
gari alijs.

Verum autem est id quod antecedit: ut
ex hoc Christi Iesu Domini nostri dicto li-
quet: Confiteor tibi Pater, Domine cœli &
terræ, quòd hæc absconderis à sapientibus
& intelligentibus, & detexeris ea infantibus:
etiam Pater quia ita placuit tibi, Luc.
10. 21. Item: Iesus respondens discipulis, di-
xit: Vobis datum est nosse mysteria regni
cœlorum, illis aut nō est datum, Matt. 13. 11.

De formis donorum Dei.

Enumerantur in hoc uersu, noticia & in-
telligentia literarum & sapientię: item, pe-
nitia uisionum & somniorum.

Nos eas subdistinguemus, docēdi gratia.
Prima est, ingenij *ἀφύρα*: quę facit, ut quis
feliciter res apprehendar: apprehensas re-
ctè dijudicet: dijudicatas memorię thesauri
ro commendet: ut quum est opus ea uo-
possit.

Proxima est ipsa doctrina, quę uel est hu-
mana, uel diuina: si obiecta, circa quę uer-
santur: & cognitionis uiam, consideres.

Humana doctrina, complectitur, philo-
sophiam

sophiam, Artem Medicam, Civilem prudentiam, Linguas. Harum nulla est, quæ nõ publici totius generis humani boni causa, à Deo sit prodita. Itaque alieni simus à barbaro & agresti illarum contemptu: ne perinde nosmetipsos deridendos propinemus, quemadmodũ Aristarchi illi, qui nugantur in hunc modum: Philosophia nihil de Creatione & lapsu hominis, ac peccato originis tradit: nihil de iustificatione gratuita per fidem Christi: nihil de Regeneratione. Nihili igitur illa nobis facienda est.

Diuina doctrina, Legem & Euangelium continet, de quibus aliàs dicitur.

His annumerantur hoc loco, Visiones & Somnia prophetica de quibus expresso agendum erit in 2. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Capitibus.

De istius historiae usu.

Quotiescunque legimus, alijs quibusdam Dei seruis eximia quædam Spiritus sancti dona, diuino munere concessa esse: confestim in nos ipsos descendamus, & quænam ipsi per Dei gratiam obtinuerimus: &, quibus alijs nobis opus sit, prudenter expendamus.

f

Est

Est enim grati & religiosi hominis, Talentum diuinitus concessum, magni aestimare: & eo, ad Dei gloriam, ac proximi & suam utilitatem, libenter uti, Matth. 25. Contra stolidi & ingrati hominis est, thesaurum domesticum calumniari, & propria uineta cadere: hoc est, Talentum defodere, nec eo uti.

Cordati quinetiam & circumspetti hominis est, ad uocationis Cynosuram nunquam non respicere, & quid ea iure flagitet, animaduerrere. Multa enim magnis de causis à se requiri, ubi cognouerit, ad eum sibi confugiendum iudicabit, qui solus sapientia sua, nostram stultitiam: copia sua, nostram inopiam, uirtute sua, infirmitatem nostram, corrigere & instruere potest.

Eiusdem autem fuerit, secum habitare, & quam sibi sit curta supellex, agnoscere. Etenim, ut *αλαχοπρόσοι*: hoc est, ij, qui sese in uitæ habitu perinde uenditant, ac si essent diuites, sibi ipsi illudunt: ita, qui inopiam necessariorum donorum dissimulant: copiam nescio quam simulat, seipso spoliant ijs donis, quæ pauperes Spiritu, pijs uotis facile à Deo impetrant. Oro Filium Dei, ut ipse necessarijs præsidijs intelligentiæ rerum sacrarum & aliarum,

PRÆLECTIONES. 83
nos instruat: & instructos Spiritu suo sic
regat, ut omnia ad ipsius laudem & no-
stram emendationem referre possimus.

VERSUS 18. 19.

Lection 13.
8. May.

*Quapropter exactis diebus illis,
quibus edixerat Rex ut adduceret
eos, quum adduxisset eos Princeps
Aulicorum coram Nebucadnezare,
& alloqueretur eos Rex: non est in-
uentus ex omnibus his par Danieli,
Hanania, Misaeli & Azaria: stete-
runtq; coram Rege: Omnibusq; in re-
bus, ad peritiam intelligendi perti-
nentibus, quas requirebat ab eis Rex,
inueniebat eos decuplo superiores, o-
mnibus Magis & Astrologis, qui in to-
to regno ipsius erant.*

Digna sunt memoria dicta Sapien-
tium Virorum, quæ monent dele-
tum esse habendum bonorum &
malorum: doctorum & indoctorum ho-
minum.

Apud Homerum stomachatur Achilles,
eodem nomine, quod uiri fortes & heroici, eo-
dem

84 IN DANIELEM PROPHE TAM
dem haberentur loco, quo ignaui & im-
belles. Sed fit nobis multorum instar An-
tisthenis Apophthegma, quo monuit:
*τότε τὰς πόλεις ἀπόκρυψθι, ὅταν μὴ δυνάωται τὸς φαίνοσ ἀπὸ
τῶν σπεδᾶίων διακρίνασ.* Tum, dicebat ille, perez-
unt Ciuitates, quum malos nequeunt à bo-
nis discernere. Quoties autem in Repub-
lica, fato Metelli, emergunt & rerum po-
tiuntur Corcebi & Therfitę: in Ecclesia, præ-
fertim quando illa turbata est, Salamand-
rę, *ἀποστροφαιοπίσκοποι*, Mercenarij?

Sed omisis Ethnicis dictis, illud Sa-
lomonis potius repetamus. Est, ait il-
le, malum quod uidi sub Sole, simile er-
rori, qui egreditur à facie dominantis.
Constitutus est stultus in excellentijs ma-
gnis: diuites uerò in humilitate sedent.
Vide Seruos super equos, & Principes am-
bulantes uelut Seruos super terram, Ec-
cles. 10. 5. 6. 7.

Nulla unquam ætas fuit, quę non habe-
ret uanitatis istius multa, & Reipub. noxia
exempla: quę præbuerunt occasionē Pro-
uerbijs: *Simia simia est, etiamsi aurea gestet
insignia. Item: Strumam diba-
pho tegere.*

*Sed quòdnam esse censes tanti mali re-
medium certum?*

Si Magistratus dent operam, ut non modo rectè erudiatur Iuuentus: sed etiã quomodo & quantum profecerit, exploretur. Eius rei commemorabile exemplum occurrit in hac narratione, cuius hæc mēbra præcipua sunt.

1. Quinam sint adducti in publicum, explorationis caussa?
 2. Quo tempore id sit factum?
 3. Cuius ministerium interuenerit?
 4. Cuius imperio & auctoritate sit factum?
 5. Qualis delectus ingeniorum sit habitus?
 6. Quis fuerit finis istius explorationis?
- Faxit Christus Dominus noster, ut de his omnibus ea dicamus, quæ Sanctorum uisibus seruire possunt.

1. Qui censuram subierint.

Daniel, Ananias, Misael & Azarias, explorationi, de ipsorum progressu in studijs linguæ & sapientiæ Chaldeorum, sese reuerenter summissert.

Thesis, Est hoc eleganter docti hominis, non defugere explorationem profectus

86 IN DANIELEM PROPHETAM
fectus in studijs, & iudicia prudentum ho-
minum, qui rectè iudicant & de doctrina
& de doctis hominibus.

2. Quo tempore id factum sit.

Triennio, illorum institutioni præfinito, iam exacto: Anno Epochæ uniuersalis, ab Orbe uidelicet condito, 3358. Ante Christum Iesum natum 613. Examen hoc habitum est.

Thesis. Vt suum tempus institutioni Iuuentutis, sic etiam explorationi eiusdem, præstituendū est: ne temporis (cuius Theophrasto auctore πολυτελέσιον ἀνάγκη est) iactura ulla fiat.

Inter alia autem, quæ ad diligentiam in studijs præstandam, iuuentutem accendere solent, est temporis examini præstituti obseruatio.

3. Cuius Ministerium interuenerit.

Consentaneum est ab Aulicorum Chaldæorum magistro Asbenazo, & huius synergo Promo, adductos fuisse Adolefcentes, ut censuram regiam subirent.

Thesis. Non sanè minima felicitatis studiosorum pars est, Dei munere nancisci, fideles tum doctores tum promotores.

tores. Verè enim ueteri Prouerbio dicitur: *Disce, sed à doctis*: hoc est, ab ijs, qui Deo grata & humano generi salutaria & necessaria tradunt: non autem fumos uendunt, & ut ait Galenus, perinde agunt, ac si dicerent: *κάθε μὲν καὶ λέγεται καλῶς*. Et notus est uersiculus:

Ἐὐθὺν μὲν γὰρ ἀπ' ἐὐθὺν διδάσκειται.

Qui bonus est, ab eo bona discito.

4. Cuius auctoritate.

Regis Nebucadnezaris imperio & auctoritate, id omne factum est.

Thesis. Non est Regia indignum maiestate, non modò interesse, sed etiam præesse explorationi studiorum Iuuentutis. Rectè igitur fecit potentissimus Monarcha Nebucadnezar, quòd & Iuuentutem rectè educari, & diligenter institui uoluit: & quum progressus in studijs Ciuilibus prudentiæ explorandi essent, ipsemet adfuit & præfuit examini. Testatur enim Daniel, Regem non fuisse in illo congressu *ἐπιμύθεον*: sed interrogatoria proposuisse, & de responsionibus rectè pronunciauisse.

Lectio 14.
10. Maij.

5. *Qualis delectus habitus sit.*

Animaduersum fuit Iudæos illos adulescentes, ingenijs & doctrina, longissimè uincere, Chaldæorum Magos & Astrologos omnes, qui tamen doctrinæ opinione florebant.

Thesis 1. Doctis & bonis nec exilium, nec paupertas impedimento est apud rectè iudicantes, quo minus præferantur indoctis & improbis, etiamsi hi habeant, quod de patria & de opibus gloriantur.

Thesis 2. Qui ijs studijs operam dant, quæ Reipub. & Ecclesiæ necessaria sunt, tandem præferuntur ijs qui diu multumque *τὰ μαθηματὰ καὶ τὰ μαθηματὰ* infeliciter didicerunt.

6. *Quis fuerit finis.*

Quum ipsimet Regi satisfacissent Adulescentes, Steterunt coram Rege, hoc est, ab eo euecti, parte aliqua gubernationis ciuilibus, defungi cœperunt.

Thesis 1. Prudētia Ciuilis aditum ad honores & dignitates, aperit.

Thesis 2. Si studia ciuilia hunc habent finem, ut Dei consilio in politica administratione seruiatur: quātò magis studij Theologici, hic finis est, Deo seruire, in propagatione

tionē ueritatis & pietatis: quum, ut ait Gregorius doceat nos *προσκαρτερῆν ἐν σιδείᾳ καὶ ἀληθείᾳ*. Cætera quæ de hac narratione dici poterant, piorum meditationi relinquenda sunt.

VERSUS VLTIMVS.

Sic fuit Daniel usque ad annum primum Cyri Regis.

EX hoc uersu liquet, quot annorum periodo, Daniel non modò politica gubernatione sit defunctus, sed etiam doctrinæ cœlestis & diuini cultus lampadem, & suæ gentis pijs Exulibus, & Chaldæis, illustris *δαδῆχ* Ⓞ, prætulerit.

In exilium abductus est Daniel, anno mundi 3354. Expugnata autem est à Cyro, Babylon, metropolis Chaldæorum, anno mundi 3434. Darius Medus, rerum summę præfuit per annum unum. Daniel. 5. Ei successit Cyrus, cuius Monarchiæ initium incidit in annum mundi 3435. Liquet autem ex hac *χρονολογία*, Danielem annos ciciter 81. Aulica militia defunctum esse. Quam diu cum Cyro uixerit Daniel, non liquet.

Thesis, De uitæ curriculo homini prudenti, nunquam nõ seriò cogitandum est.

In hac autem consideratione, uitæ uel
 In cuiusdam comœdiæ Protasis, Epitasis
 & Catastrophe, dijudicanda.

In Protasi uitæ, imprudentia: in Epitasi,
 impedimenta consiliorum & conatuum:
 in Catastrophe, infirmitas, rerumq; incli-
 natio: in omnibus partibus uanitas, &
 quod homo non tam inter res ipsas, quam
 inter rerum imagines obambulat, confi-
 derandum.

Quid etiam agat homo, perpenden-
 dum: & sæpè repetendi hi uersus:

Vita fuga est: abeuntq; dies & carpitur ætas,

Vt temerè linguæ uerba loquacis eunt.

Quumq; satur uitæ est, & aniles attingit annos,

Vel malè, uel temerè, uel nihil egit homo.

DE CAPITE II.

Lectio 15.

21. Maij.



ligi potest.

Propositio. Etsi temporibus Monar-
 chiarum Mundi, duriter Ecclesia afflige-
 tur, usque ad primum Christi aduentum
 & deinde ipso in carne exhibito, ad con-
 summa-

summationem usque seculi, & secundum Christi adventum: Tamen, regnis huius Mundi tam florentibus quam ueterascen- tibus & pereuntibus, Regnum Christi col- ligetur & conseruabitur, & demum æter- na gloria ornabitur.

Dispositio. Historiæ, de Somnio, in quo ingentis Colossi imago Regi oblata fuit, tres sunt principales partes.

Protasis, quæ Circumstantias Tempo- ris, Personæ, Affectuum complectitur. Ob- latum fuit Regi Nebucadnezari hoc som- nium, de Mundana administratione, anno Mundi conditi 3370. ante Christum natum 601. iuxta doctissimi uiri Abrahami Bü- cholzeri supputationē. Alij annos 11. sub- trahunt.

Epitasis admodum turbulenta est. Quum enim Magi & Astrologi, nec Som- nium, quod Regi Nebucadnezari exci- derat, recitare: nec eius expositionem eidem probare possent: quasi qui impo- stores essent, in summum uitæ discrimen sunt adducti.

Sed Catastrophe læta est. Daniël enim precibus impetrata Arcani istius refectione, primùm, Deo patefacien- ti Seruis suis arcana sua, gratias agit: deinde,

92. IN DANIELEM PROPHETAM
deinde, Regi Somnium eiusq; germanam
interpretationem exponit: & denique Sa-
pientes è præsentis uitæ discrimine liberati
sibiq; & suis popularibus, gloriæ & digni-
tatis maioris auctor fit. *wisd̄n 2̄d̄p̄ n̄d̄l̄* & *2̄d̄p̄*
rà: ut dixit Bacchylides.

Fructus, qui ex totius istius historię &
Somnij interpretatione, ad nos redit,
multiplex & nobis pernecessarius est.

Primum enim consolationi nostrę illud
seruit, quòd ex eo discimus, Ecclesiam, in-
ter medias Regnorum confusiones, diu-
nitùs colligi & seruari.

Deinde, exemplum Magorum nos mo-
net, humanam sapientiam, sæpenume-
rò frustrari, & in periculum adducere, suos
professores: eoq; nomine ea nemini no-
strum nitendum esse: ne uidelicet cum Ci-
cerone singuli aliquando lamentemur, di-
centes: O' nos nunquam sapientes.

Tertiò, ueræ Sapientiæ studiosi exem-
plo Danielis commonefacti, statuunt, Ar-
canorum, quę scire opus est, reuelationem
à Deo petendam cum fide: ac ubi ea in-
petrata est, Deum celebrandum, homines
erudiendos, de æmulis iuxtà & amicis, eius
professione, benè merendum esse.

PRÆLECTIONES.
CAPVT II.

93

VERSVS I.

ANno autem secundo, nempe in Regno Nebucadnezaris: somniauit Nebucadnezar somnia: quibus consternauit sese Spiritus eius, quum adhuc somnum caperet.

SI historiam spectes, occurrunt Circumstantiæ Somnij regij de Colosso. Monarchias repræsentante, quarum hic ordo est.

1. Tempus. Anno secundo, post edita specimina doctrinæ Danielis: hoc est, anno Mundi 3359. quidam id factum censent. Sed alij quidam, referre malunt ad undecimum annum post, ut supra dixi. Si quis ea de re aliquid certi cognoscere cupit, legat Scholia Tremelij & Iunij in hoc Capite.

2. Persona. Regi Nebucadnezari, qui multum negocij cum Iudaica gente habuerat, somnium *ὄνειρον* oblatum fuit.

3. Species. Somnium multiplex, pluri tali uoce Somnia uocatur: erat enim in

co

94 IN DANIELEM PROPHETAM
eo repræsentata diuersorum imperiorum
successio, & inhumanitas ac *θυμομαχία* ad-
uersus Dei Ecclesiam.

4. Affectus. Rex, & dum per quierem
κατ' ὄναρ, ista uideret: & postquam expec-
tatus est, uehementer consternatus
& perterrefactus est. Terror autem hic
fuit *παραρηκτικὸν* inquisitionis Somnij & e-
iusdem sententiæ: ne quid hic fortuitum
agnoscamus. Hæc de *ἰσθίον* dixisse sub-
ficiat.

Leclio 16.
28. Maij.

IAm uerò, ut de Thesi nonnulla dicâ, et
si magnopere cupiam studiosos legere,
ea quæ de Insomnijs Aristoteles Plato
& Macrobius: & ex neotericis, Ioannes
Franciscus Picus, & V. C. L. Casparus Peu-
cerus, in libro de Diuinationũ generibus
memorię prodiderunt: quia tamen horum
libri nõ uersantur in multorum manibus
nonnulla didascalico ordine, de Somnijs
dicam. Licebit autem nobis Philosophicæ
quædam doctrinæ capita Theologicis sen-
tentiis usurpare, ut doctrina hæc de Insom-
nijs tanto magis illustretur.

1. Quid sint Somnia.

Dicimus Somnia esse imaginationes
et actus in Somno, quum uariè, à causis effi-
cientibus

cientibus seu bonis seu malis excitans spiritibus, ac in cerebro discurrentibus, à proximis istis cogitationum instrumentis, simulachra efficiuntur, quarum cum uel nulla, uel diuersæ sint & incertæ significationes, interpretatio & censura neuiquam temerè est instituenda.

Nec iam cum Macrobio Somnia & Insomnia, eo distinguemus nomine, quòd illa quidem, regantur figuris uel inuolucris & omninò interpretem requirant: hæc uerò diurnarum tum cogitationum, tum actionum uelut *virtuta* quædam sint: Satis enim liquet promiscue illa sumi, & proinde non esse in scyrpo quærendū nodum.

Cum Aristotele autem statuimus, Hominem maximè præ cæteris Animalibus somniare. Edictis autem in lucem infantibus nullum contrahi somnium. Illud autem dignum est obseruatione, quòd idem addit: Inueniri nonnunquam uiros & feminas, qui nunquam quicquam somniârunt: quorum nonnullis in processu ætatis accidit, ut uiso somnio mutarentur habitu sui corporis, uel in mortem, uel in morbum. De Histor. Animal. lib.

4. cap. 10.

2. Quas habeant Cauffas.

Probo eorum sententiam, qui Somniorum cauffas duum generum esse tradunt, Interiores & Exteriores.

Interiores sunt tum Animales, ut cogitationes: tum Corporeæ, ut humores corporis humani: nam de Somnijs hominum iam ago.

Exteriores autem sunt, tam Corporeales, ut ambiens locus, & aëris qualitas: quæ Spirituales, eaq; uel bonæ ut Deus & Angeli: uel malæ, ut Caco dæmones.

3. Quomodo sint dijudicanda.

Ad dijudicationem Somniorum docendæ gratia, refero, licitam diuinationem è Somnijs: & æstimationem Somniorum, quæ dicitur à fine.

Probo Aristotelis, Thomæ Aquinatis & Pici sententiam. Signa tum rectè percepta sunt, quum dextrè καὶ ἐυσόχως in aliquam causam reducuntur, quæ & somnijs ipsis, & euentibus communis est. Ut si humor, non patiatur Naturæ ueluti habentis sese conherceri, morbus somnium consequitur.

Æstimationem autem Somniorum, a eorum finibus faciendam esse, Deus ipse testatur, Deuter. 13. 1. 2. Quum surrexerit in medio tui Propheta, uel somnians somnia

(& dederit tibi signum uel portentum. E-
 ueneritq; signum uel portentum quod lo-
 cutus est tibi) dicendo: Eamus post Deos
 alienos (quos nō nouisti) & colamus eos.
 Non obedies, &c. Cōstat etiā somnia quo-
 rundam, figmento de purgatorio Ecclesiæ
 obtrudendo, adhibita fuisse: ut de fabulo-
 sis narrationibus de quibusdam Sanctis ni-
 hil iam dicam.

4. Quotuplicia sint Somnia.

Somniorum multiplices formas tradi
 à diuersis Scriptoribus non est cur prolixè
 tester. Ero autem earum commemoratio-
 ne contentus, quæ maximè nostro institu-
 to conueniunt.

Si itaq; Obiecta spectes, Alia sunt profa-
 na: alia autem sacra. Profana, pro admira-
 bili cogitationum & occupationum huma-
 narum, diuersitate, uariè distingui possunt.
 Sacra, de Deo, de eius uoluntate, & operi-
 bus, de Ecclesia & eius militia, de doctrina
 Religionis, esse solent.

Quod si spectes Tempora, alia Somnia
 sunt *μνημονεύτικὰ* rerum præteritarum: alia
παρασεντικὰ rerum præsentium, alia denique
προγνωστικὰ, de futuris rebus. Omnium autem
 g istarum

98 IN DANIELEM PROPHE TAM
istarum formarum exemplum habetur, in
Somnio de Colosso Monarchias admi-
brante, Dan. 2.

At si spectes Efficiētes causas, Somnio-
rum alia sunt *θρόνηστα*, diuinitus seu imme-
diatè, seu mediatè per bonos Angelos im-
missa: ut Somnia Iosephi nutricij Domini
nostri Iesu Christi, Matth. 1. & 2. alia sunt
Medica: quæ de temperamento & ualetu-
dine admonent: alia sunt Ethica & Poli-
tica, quæ ex diurnis & serijs cogitationi-
bus, de Moribus, de uita rectè instituenda,
de studijs, de Repub. de belli & pacis répo-
sitione, & cæcis ac incōsultis affectibus: alia
deniq; sunt Diabolica somnia, & *μωρολογία*
tetra, turpia & abominanda.

Esti autem negat Aristoteles ulla esse
diuina somnia, eo quòd bruta, & quod ho-
mines uulgares, Melancholici & Ecstatici
somnia: tamen ex sacris literis manife-
stum est, non pauca de rebus maximis
θρόνηστα esse somnia: quorum nota sunt ex-
empla.

5. *Quæ somnia nobis sint obseruanda.*
Citra superstitionem, Medica & Physica
somnia,

somnia, cum de temperamento & humorum copia & actionibus, nos admoneant, quis homo prudens dubitet eatenus illa obseruanda, quatenus nos erudiunt?

Porro quum sint nonnulli sobrij & ἀγχι-
 ροία ac prudentia quæ διὰ τὸν ἄνθρωπον πο-
 τεστ, excellentes homines, eoque nomine
 ἰσχυροί: non sunt horum syllogistica som-
 nia prorsus negligenda, etiam si demon-
 strationes non sint? Videant tamen illi, nè
 eburneum genus, corneam speciem neuti-
 quam repræsentās, in periculosis negocijs,
 ἀποστολῆς efficiat, quæ publicè & priuatim
 obit. Ethica ergo & Politica somnia, in
 quibus simulachrorum & euentuum con-
 formatio quædam & consensus est, citra
 ἀντισημείωσιν expendenda esse, non perne-
 gamus.

Divina somnia magni esse facienda, & si-
 dem illis habendam, ex his dictis liquet, ut
 iam præmittamus exēpla. Si fuerit Pro-
 pheta uobis, ego Iehouah in uisione appa-
 rebo ei, in somnio loquar cum eo, Num. 12.
 6. Item: Senes uestri somnia somniabunt,
 Iuuenes uestri uisiones uidebūt, Ioel. 2. 28.

Fatendum tamē est, rarissima esse in-
 somnia ἁπλοῦς: quod in tanta luce doctri-
 næ

100 IN DANIELEM PROPHETAM
næ Euangelicæ, non sit opus institutio-
ne extra ordinaria quæ infomnijs nonnun-
quam constat.

6. *Quæ somnia non sint obseruanda.*

Eorum infomniorum quæ negamus esse
se obseruanda, alia contemptui esse debent
alia execrationi.

Inania somnia contemnenda sunt. Eo-
enim.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,

Et pauidas mentes uana timere iubent.

Diabolica autem somnia, cum uel ad fla-
gitia externa, uel ad impia & idolatrica
dogmata & exercitia, confirmanda, fa-
ciant: pijs omnibus debent esse abomina-
tioni: iuxta Legem supra adductam, Deu-
teronom. 13.

Addam coronidis loco, neque enim fert
tempus ut de istis liceat *ἀκριβοῦς εἶναι*, dicta
Salomonis, de Somnijs, quæ sunt negli-
genda, Sicut uenit somnium ex multitu-
dine occupationis, sic uox stulti ex multi-
tudine uerborum. Vbi sunt multa somnia,
ibi sunt & uanitates: & uerba multa:
tu uerò Deum time, Ec-
cles. 5. 2. 6.

Quapropter edixit Rex, vocari Magos, Astrologos, & Præstigiatores, Chaldaeos denique ad indicandum Regi somnia ipsius: qui venientes steterunt coram Rege.

TRia hoc loco notanda sunt, Is, cuius mandatu coacti sunt Chaldaeorum Sapientes: Sapientum ordines & obedientia Regi præstita: & denique finis, videlicet Somnij tum repetitio tum explicatio.

1. De primo.

1. Si iusta causa est cur Principes terreni, quid fieri uelint, edicere possint: quanto magis iustissima causa est, cur Rex cæli & terræ, quid fieri à nobis & quid omitti uelit, imperet atq; edicat.

Etenim si spectes auctoritatem, ipse est Regum Rex, cuius beneficio terreni Reges regnant: si ordinem, ipse creator est, cui omnes Creaturas parere decet: si uoluntatem, ille unus iusticiæ regula est: si denique uirtutem, ipse solus est omnipotens.

2. Rursum, si terreni Principes fidē, submissionem & obedientiam, iure à subiectis exigunt: quo animo & qua fronte Deo debitum cultum, eidem denegarent? Intelligunt enim, quotquot sese erudiri patiuntur, & Filium Dei osculantur, se multò magis creationis, redemptionis & sanctificationis nomine, Deo esse obligatos, quàm ipsi sibi subditos obstringere unquam possint: quum τὰ τῶν ἀνθρώπων: ut ille apud Herodotum ait.

De secundo.

Inter cætera Principum uirorum errata, illud non est postremum, quando à stultis sapientiam: hoc est, ab asinis lanam petunt. Id uerò singulari Dei consilio non rarò illis euenit, ut discant, malis suis docti, Principes, à quibus sibi debeant cauere, si quidem sibi & suis prospectum esse uelint.

Duo autem hoc loco obseruanda nobis erunt: Alterum, qui fuerint Sapientum Chaldaicorum ordines: Alterum, quàm cupidè illi prosilierint in Aulam, ea spe illecti, ut fumos suos uendentes quæstum facerent uberrimum.

2. Magi

Magi. Philosophiæ naturalis peritos homines Magos olim dictos fuisse testatur Cicero. Ac fuisse laudatam eorum professionem, donec nulla in eam *περίεργα*, nulla præstigiæ, irreperunt: illud etiam argumêto est quod etiam Principes uiri Magiæ naturalis studium & exercitia sibi laudari esse censuerunt. Cyrus iunior ut Lacedæmoniorum animos sibi conciliaret, testatus est, se *φιλοσοφῆν μάκρον καὶ μαγίαν βίβλιον τὰ ἀείδησθαι*.

Sacræ liturgiæ apud Persas Magos præfuisse argumento sunt hæc Xenophontis uerba, quæ exstant libro 4. Pædiæ Cyri: Postquam dies illuxit, Cyrus Magis uocatis, legitima dijs ob huiusmodi res secundas (*τὰ τοῖς θεοῖς νομιζόμενα ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀγαθοῖς*) eligi & peragi iubet. *καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ ταῦτα ἔλαρον*.

Ciceronis in li. 1. de Diuinatione hæc uerba sunt: Quid ego quæ Magi Cyro illi principi interpretati sunt, ex Dionysij Persici libris proferā? nā quū dormiēti ei Sol ad pedes uisus esset, ter eū scribit frustra appetuisse manib. quū se cōuoluens Sol elaberetur, & abiret: ei Magos dixisse, quod genus sapientū ac doctorum habebatur in Persis,

104 IN DANIELEM PROPHETAM
extriplici appetitione Solis, xxx annos
Cyrum regnaturum esse, portēdi: quod ita
contigit: nam ad septuagesimum peruenit,
quum x. natus annos regnare cœpisset.

Omitto Strabonis & Herodoti, aliorūq;
tām ueterum quām recētium Scriptorum,
dicta de Magis; quos et si ^{οπιστρα} & impia
tandē Physicis miscuisse: & magicas præ-
stigias exercuisse, negare nō ausim: omnes
tamen Magos Persarum & Chaldæorum
impios homines, & curiosarum artiuū pro-
fessores fuisse, non equidem mihi persuas-
deo, quum ex horum numero seculis mul-
tis post, quosdam stella dulce ad cunabu-
la Filij sui, Bethlehemæ nati, deducere: &
deinde somnio mantico de periculo, quod
illis ab Hero de Rege impendebat, præmo-
nere, uisum sit, Matth. 2.

2. Astrologi & Magi non uidentur discer-
nendi. Cicero in principio lib. 1. de Diuina-
tione, de ijs hæc memoriæ prodidit: Prin-
cipiō Assyrij, propter planitiem magnitu-
dinemq; regionum quas incolebant, quū
cœlum ex omni parte patens atque aper-
tum intruerentur, traiectiones motusq; stel-
larum obseruauerunt: quibus notatis, quid
cuiq; significaretur, memoriæ prodiderūt.
Qua

Qua in natione Chaldæi, non ex artis, sed ex gentis uocabulo, nominati diuturna obseruatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut prædici posset, quid cuiq; euenturum, & quo quisq; fato natus esset. Eandem artem etiam Aegyptij longinquitate temporum innumerabilibus penè seculis consequuti putantur. Idem Cicero, lib. e. lous, num. 75. Quid Astrologus, cur stella ortus puerorum salutaris sit, Saturni Martis ue contraria?

3. *Præstigiatores* dicti sunt, qui quod rerum naturalium uires & effectus, rectius quam uulgus indoctum tenerent & adderent præstigias diabolicas, obstupesciebant rerum ignaros. In horum catalogo, multis post seculis fuit Simon ille Magus, qui Samaritanos longo tempore magicis artibus fascinoit & dementauit, Act. 8. 9. 10. 11.

Dixi paucis quodnam hominum genus, Rex Nebucadnezar ad se omnium primo uocari uoluerit. Est autem & alterum historiae membrum diligenter obseruandum, illos uidelicet Sophos properè Regem adijisse: quod & gloriae & pecuniae augenda,

106 IN DANIELEM PROPHETAM
gendæ, Spes opima facta uideretur. Do-
cebit autem sequens historia, Magos qui
gratiam & gloriam ambitiosè sectaban-
tur, id esse expertos, quod monet ue-
tus prouerbiū: τὰ πρῶτα δὴ ἀνάγ. Excit-
derant enim omnium gratiarum gloria:
& in summū uitæ & existimationis discri-
men sunt adducti.

De tertio.

Congregationis Magorum coram Re-
ge hic finis fuit, ut esset, qui Regi Somniū,
quod exciderat in memoriam reuocaret
& eiusdem germanam sententiam expo-
neret.

1. Diuinitus id omne factum esse, ut Da-
nielis egregia sapientia illustri specimine
declarata, primū quidem aditum ipsi & lo-
ciji ad summos honores patefaceret: de-
inde uerò, ut quid inter diuinam sapien-
tiam, qua filij lucis excellunt, & terrenam
nisi δαίμωνι ὁ δὴ πῶς interesset, manifestum fieret,
nemo non uideret?

2. Quod si Principes uiri ea, quæ ipsis
seu per quietem obuersantur, seu inter-
diu, cogitantibus de rebus magnis, in ani-
mum incidunt: digna esse censent inquisi-
tione solerti, & dextra explanatione: Cui
non

non Dei omnipotentis oracula, quæ & institutioni & consolationi, & exhortationi & correctioni nostræ summoperè conducunt, studiosè sibiipsis & alijs scrutanda & explicanda esse, in animos inducunt suos?

VERSUS 3. & 4.

Lectione 18.
Cal. Iunij.

Et dixit eis Rex, Somnium somniaui, & consternavit se Spiritus meus, sollicitus de somnio cognoscendo.

Dixerunt autem Regi Chaldei Syre: O Rex in seculum vive: dic somnium servis tuis, tum interpretationem indicabimus.

DVo nobis perpendenda erunt hac prælectione: Alterum est Oratio Regis de sua conseruatione: alterum, Responso Magorum.

Oratio Regis *למלך* est: Initiò enim se somniasse somnium mirandum innuit: deinde fatetur, se in magna perturbatione eo nomine uersari, quòd somnij non amplius meminisset, & tamen quid illud

Iud sibi uellet scire percuperet.

Existimo autem nobis hoc loco obseruanda esse hæc doctrinæ capita.

1. Non tantum inferiorum ordinum homines : sed etiam Heroicos uiros somnijs noctu, uanis spebus (quæ Aristorele auctore sunt uigilantium somnia) interdium: consternatione miranda, quouis tempore, posse uehementer affici. Homines enim quum sint humani nihil ab illis est alienum. Viuunt itaque inter spes & metum: Impij autem consumunt dies suos in uanitate, & annos suos in terrore, Psal. 78. 33.

2. Est hoc gubernatoris heroici, non solum quid omni tempore tum agat tum patiatur, prudenter expendere: sed etiam alienum esse à fiducia thraonica, contemptrice omnium euentuum in uita hominum, Etenim si prudentis Medici est, principia morborum obseruare, utijs obstare possit, & in tota arte Medica eiusque exercitijs memorem esse dicti Hippocratis; ἄδεν μικρόν, ἄδεν παραπρονησίον: certe & gubernatoris Politici est, τὸ μικρόν μὴ παραρθεῖν & sollicitè dare operam ne quis Respub. detrimenti accipiat.

3. Sed absit ethnica superstitio *ἢ ἀπειθεῖα* *ἢ ἀπειθεῖα*: ne quis seu diurnis phantasmatis, uel nocturnis somnijs, uelut spectris, sese nimium percelli patiatur: referatq; Theagenis hecataeum. Est enim nimius timor, seu *ἀδύσθετος*, incredulitatis tum iudex tum ultor.

4. Et si autem uerè dixit Aristoteles in primo libro Metaphys. Omnes homines naturaliter scire desiderant: delectus tamen eorum quæ nobis cognoscenda sunt habendus, & ea discenda sunt, quorum præcipua est tum necessitas tum utilitas. Non enim de nihilo est uulgò quod disci solet:

Πηλομαθοσώης ἔδεν λιγυρότερον ἄπο.

5. Diuinitus interdum incitari homines, ad ea Dei arcana inuestiganda, quæ Deus in lucem proferre constituit, uel hoc potentissimi Regis exemplum, docet.

6. Iam uerò si somnium *μαντικόν*, accendere potest discendi ardorem: quanto magis pulcherrimarum rerum admiratio eundem acuere & alere potest? Et si Philosophia, Ars Medica, Iurisprudentia, utilitatis, necessitatis, elegantiae causa, digna habentur

110 IN DANIELEM PROPHETAM
habetur in quibus non perfunctorie molli-
brachio: sed summo uersemur studio: quid
de Theologia, quæ nobis dux est ad ue-
ram pietatem dicemus? Veritatem, in-
quit Picus, Philosophia quærit, Theolo-
gia inuenit: Religio possidet. In eius ita-
que studiosa consideratione & professio-
ne, propter Dei gloriam & nostram in-
stauracionem, per omnem uitam uer-
semur.

In prima Magorum responsione (quam
lingua Syra enunciata fuisse, quum in
Syriam & Babylon olim relata fuerit, Stra-
bone Plinioque auctoribus, mirum uiden-
non debet) Tria sunt notanda, Euphemis-
mus, Postulatum, Pollicitatio nimis glo-
riosa.

1. Euphemismo (ὁ Rex in secula uiue)
beneuolentiam inuicem captant. Existime
autem præter re hic eos ἀκριβολογῆν, & quod
si in scirpo quærere nodum, qui id quod
Deo soli conuenit, æternam, & diuinam
uitæ usuram, Regi comprecatos censent.
Etenim fidelibus iuxta & infidelibus ubi
tata fuisse hanc precatiunculam, nec a-
liud quàm longa felicitis & florentis uita
& gubernationis spacia significasse, argu-
mentum

mento est Danielis eadem ad Darium salutatione utentis, exemplum, infra 6.22.

Eiusmodi autem uota referri debent ad regulam, de precibus pro Magistratu ad Deum, 1. Timoth. 2. 1. Adhörtor igitur ante omnia ut fiät deprecationes, preces, postulationes, gratiarum actiones pro quibusuis hominibus : pro Regibus & quibusuis in eminentia constitutis : ut tranquillam & quietam uitam degamus, cum omni pierate & honestate.

2. Postulatum est, ut Rex Somnium exponat. Etsi autem iustum id fuisse uideri possit: tunc temporis tamen erat absurdum. Quid enim hoc est, requirere somnij percussorem ab eo, qui illius est oblitus?

Videant itaque homines cordati non solum quid usitatum & regulare sit, sed etiam quid ab alio præstari possit? quid ferant circumstantiæ.

3. Iactantiæ autem plena pollicitatio est: Et tñ eius interpretationem dicemus.

Viri prudentes, nec doctrinam suam uendunt: nec suis ingenijs nimium tribuunt: &, ut non temerè rerum abstrusarum enucleationem cuiquam pollicentur: sic quum eam aggrediuntur, certa & indubia

112 IN DANIELEM PROPHETAM
bia & necessaria sectantes, asciscunt ad
extremum ingenij vires & doctrinæ ubere-
tatem.

Econtra, doctrinæ admirandæ fiducia
inflati Scioli, longè plura quàm præstare
possint promittere solent, & initio Sermo-
nis, instar rapidi & spumantis torrētis, im-
bribus hibernis & niue resoluta, aucti, ma-
gna uocis contentione admirandam suam
sapientiam prædicando uenditant: non ca-
men multò post, eiusdem exemplo mate-
ria dicendi destituti, suam inopiam & stul-
titiā produunt. *ἰσως παράδειγμα ἰσως*, sei-
pso ostentui ludibrioq; habentes. Hos
rhetorantes audias, non iniuriā illud Ca-
leni repetiueris: *λάβε μὴ δὲ καὶ ἑρᾶτα καλῶς.*

Contineamus igitur nos intra modestie
metas, nec simus *λογέμποροι καὶ λογιώδῳ λόγοι.* Di-
scamus utilem & necessariam doctrinam
eamq; ad usum nostrum transferamus: ne
de nobis uerè dici possit illud Senecæ.
Necessaria ignoramus, quia non necessa-
ria discimus.

Lectio 19.

.10. Iunij.

1583.

VERSUS 5. 6. 7

Respondens verò Rex dixit Chal-
dæis: Verbum à me abiit: nisi no-
tam

tum feceritis mihi somnium et interpretationem eius in membra laniabimini, & domus vestra in sterquilinum redigentur.

Sin autem somnium & interpretationem eius indicaueritis, dona cum honorario & gloriam multam recepturi estis à me: itaq; somnium & interpretationem eius indicate mihi.

Responderunt secundo, ac dixerunt: Rex somnium dicat Seruis suis, tum interpretationem indicabimus.

Quæso uos, optimi fratres, ut uelut in sacro quodâ theatro à Domino Deo nostro positi, unâ mecum intueamini illustre exemplum, filiorum huius sæculi, singulari consilio Dei summè sapientis, inter se cõmissorum: ut tandem manifestum fiat quæ sit uanitas sapientiæ humanæ, quæ non regitur Spiritu Christi, eoque nomine infelix est, & suis professoribus periculum creat. Redibit enim ad nos amplissimus fructus, si cogitabimus & peruersam habuerimus, tutissimum nobis fore, si nos totos Deo consecrantes, ei uni re-gēdos permiserimus & cõmendauerimus.

h Duæ

VII 4 IN DANIELEM PROPHE TAM

Duæ autem sunt Orationes, nobis explicandæ: Altera quidem Regis, cupientis scire quid sibi uellet Somnium de ingenti Colosso: Altera uerò Chaldæorum, qui spem interpretationis indubiam Regi fecerant, si modo Somnium is exposuisset.

Oratio Regis tribus partibus absoluitur. In prima, Rex fatetur sibi excidisse Somnium, de quo tamen cognoscendo sollicitus laborabat: in secunda, comminatur atrocissimas pœnas Chaldæis, si quidem Somnium tum recitando tum etiam interpretando, Regi nõ satisfecissent: in postrema, amplissimis pollicitationibus agit, ut uel proposita utilitatis spe Chaldæos ad id uolebat præstandum, extimularet.

De prima parte.

Verbum à me abiit.] Hoc est, Oblitus sum Somnij istius. Videmus etiam summos Principes, ut cæteris humanæ uanitati speciebus, sic etiam obliuionis uitio obnoxios esse. Sed primùm quidem meminerimus, rectè à Bernardo alicubi dictum esse: Obliuio quædam bona est, quædam mala est. Apud Plutarchum Euripides ait: Verè sapientis esse ineptiarum obliuionem. Idem in Oreste præclare dicit: O ueneranda obliuio malorum, quàm es sapiens & mise-

miseris optabilis Dea? Etsi falsò Deam uocet obliuionem malorum: rectè tamen monet miseris optabilem esse. Nam ut Eutemon apud Curtium loquitur: Ij demum optimè miseras ferūt, qui abscondunt: nec à patria infelicib. patria magis expectèda, quàm solitudo & prioris status obliuio, &c.

Secundò & illud obseruandum, quomodo Obliuio inualescat. Augustini hoc dilatum est: Obliuio non fit repentè, sed paulatim. Vt enim ea quæ discimus & memoratæ thesauro mandamus, sensim assequimur nobisq; paramus: sic ea quorum obliuiscimur, paulatim euanescent & nos fugiunt. Fatendum tamen est, quorundam cõfestim nos obliuisci, quum eorum imagines memoriæ non fideliter & firmiter commissæ & quasi impressæ sunt: ut in somnia & diurna *φάντασμα*

De nobis Christus Dominus, ut malorum, iniuriarumq; nobis illatarum oblitus: bonorum simus; memores: ac multum dissimiles simus ingratis & iracundis, de quibus Cicero: Cui dolet, inquit, meminit: cui placet, obliuiscitur.

De secunda parte.

Constat hæc pars atrocissima cõminatione. Interminatur enim Rex Chaldæis,

116 IN DANIELEM PROPHETAM
in somnium, quod sibi excidisset, recitaret
& interpretarentur, extrema extremorum
mala passuros esse.

Malorū, inter alias multas, formæ sunt
Crudele suppliciū mortis, & cediū excidiū

Triste est supplicio affici: tristius autem
est præter meritum ob inconsultam Prin-
cipis iram, uictimam fieri & pecudis in ma-
rem iugulari: omnium uerò tristissimū est,
si supplicij circumstantiæ exasperentur.

Etiā autem uerè dixit Cicero in 2. de Di-
uinat. Non domus dominum, sed domi-
nus domum exornat: Tamen, quia ut alibi
Xenophon dixit, nihil unicuique nostrū
sanctius & gratius esse potest, sua domo, et
ius excidium, & arborum succisio, horro-
rumq; uastatio, inter grauissimas & igno-
miniosissimas pœnas recenseri solet. Illud
memoria dignum est quod Xenophon scri-
bit, etiam Militibus, qui domos incende-
rant, sub dio pernoctandum fuisse. Illud
ait, lætis cum uocibus intra tuguria sese re-
ceperunt, ac sanè libenter ad pristinam op-
ptimarum rerum copiam redierunt: Ij ue-
rò qui domos incenderant, ^{τὸ τῶν αὐθιγῶν ἐλάττωσι}
ἰδίδοσαν λακῶς ἀλωδύτης.

Existi

Existimo autem hoc loco isthæc capita doctrinæ observanda.

1. Summi Principes ut armatis utuntur precibus: sic precibus minas regaliter addunt: ut ille ait.

2. Eius autem inhumanitatis duæ causæ sunt: altera, quòd non in Deum, qui superior est, & Regum Rex: sed in Subiectos suæ præstati & inferiores, uelut è sublimi, prospiciant: altera, quòd non semper uident certa lege se alijs præesse: ideoq; sibi non licere quod libet.

3. Fiducia autem potentiaæ audaces, & ad alios inuadendos & opprimendos præcipites facit. Alienis enim erratis & peccatis offenduntur: suis autem delectantur.

4. Experiuntur autem & ipsi Talionis penam: Etenim qui integras familias exstirpare non dubitant, ipsi quoque tandem delentur: & qui alienas domos incendunt & vastant, arcium & palatiorum suorū incendia accersunt.

De parte tertia.

In fine addit Rex magnificam pollicitationem: Si enim Chaldæi ipsius uotis satisfaciant, pollicetur dona amplissima: sportulam quæ diuinationis gratia dari consueuerat: & honores summos.

Vt enim prius mecum infamiae, mortis & excidij ædium priuatarum: ita nunc spe honorum, uitae & incolumitatis, & opum, illos eo adducere conatur ut somnium recitent & exponant. Acres autem stimulos esse tam spei, quam metus, testantur omnium temporum historię & quotidiana ac uniuersalis experientia.

Discimus hoc loco ista capita doctrinę.

1. Principes opum & honoris ac dignitatis suae admiratione fascinosos, sapienter ea sibi sumere & alijs polliceri, quae Deus in sua unius potestate & arbitrio posita, dat cui, quando & quomodo ipsi placet, Psal. 84. 12. Gratiā & gloriā dat Iehouah.

2. Ideo sibi ipsis illudunt, qui Deo commisso, ab hominibus ea expectant & perunt, quae largiri seu mediate seu immediate, Dei solius est. Etsi autem recte dicitur: Principibus placuisse uiris, non ultima laus est: id tamen de bonis & cordatis Principibus recte iudicantibus de aliena uirtute, intelligendum est.

Responsio Magorum.

Hæc Responsio duabus partibus constat, Petitione & Promissione, satis magnificae

fica. Cæterum hæc Regis & Chaldæorum colloquutio non iniuria nobis reuocârit in memoriam illam de Themistocle historiam, qui quum ab Andrijs pecuniam exigeret, dixit, Deos duos se adducere Vim & Sualionem, ut restaretur preces suas armatas esse. Sed Andrij non ineptè responderunt, apud se duas esse inuictas deas, Paupertatem & Impossibilitatē, per quas integrum non esset illius petitioni satisfacere.

Minus prudenter Chaldæi suo Regi responderunt: Etenim licet uerecundè, ut uideretur, Somnij recitationem peterent, Regis, qui fassus erat illud sibi excidisse, a-nimum non mediocriter offenderūt. Quid enim attinet, eius somnij cōmemorationē ab aliquo exigere, quod hic sibi è memoria excidisse, conqueratur?

Porro, nimis gloriose pollicentur expositionem somnij, quæ nemini, nisi Deo reuelante, innotescere poterat.

Sic solet Deus importunis curiosorum hominum quæstiones, aliorum inscitia respondere, ut utrique inter sese commissi, stultitiæ suæ specimina edant.

Sed de his hæc-
nus.

Lectio 20.

Iunij 12.

Respondit Rex & dixit: Certè cognosco quòd tempus redimitis, propterea quòd videatis, quòd res à me recesserit. Quod si somnium non indicaueritis mihi, vnica est sententia de vobis: certè sermonem mendacem & corruptum preparastis vos vt dicatis coram me, donec tempus mutetur: quamobrem somnium dicite mihi, & intelligam quòd interpretatiõnem eius indicare possitis mihi.

Solent Principes quidam, quum suis desiderijs non è uestigio satisfieri uident, iras concipere, crimina intentare, sententias capitales statim proferre, supplicia accelerare: ut hoc loco uidere est in Nebucadnezaris Regis exemplo. Eius hæc sententia est.

Digni sunt capitalibus supplicijs, qui de re magna, & quæ Principi cordi sit, interrogati, tergiuersantur, & diem de die ducunt, ut fucum ei facere possint, & suæ incolu-
mitati & questui consulere.

Vos autem, ô Magi, id nunc facitis. Quia enim animaduertitis mihi excidisse somnium,

nium, tempus astutè redimitis. Amplificat
 autem rei indignitatem per Circumstan-
 tias, Quòd studeant *Χρονολογίαι*: Quòd non
 habeant rationem Regis sui, qui quod ex-
 ciderat, sibi in memoriam reuocari uole-
 bat: Quòd ad unum omnes Magi, quasi
 syncretismo aduersus Regem còspirantes,
 traderent mutuas operas, sic ut ne quidem
 unus uiri boni officium faceret: Quòd fi-
 gmentis excogitandis & ijs temporũ uici-
 bus astutè accommodandis, intenti essent:
 Addit autem in fine admonitionem, ut si
 quidem uelint Interpretationi fidem face-
 re, Somnium prius perspicuè reperant.

Quare digni estis grauissima pœna, quã
 uobis sum interminatus. Hanc autem Con-
 clusionem, culpæ exaggeratione conten-
 tus, Rex prætermittit, ut uideretur nõ tam
 ad iustũ eorum suppliciũ properare, quàm
 Magorum improbitatem detestari.

De Suspicionē.

Verus dictum est de Suspicionibus: *Ἰσχυρὸν
 ἔστιν ἔλεος*: quod & uerum est & observa-
 tione dignum, ut ex hisce Aphorismis li-
 quer:

1. Suspicio ex falsis imaginationibus nascitur.

Committit enim Paralogismum *παρά τὸ αἰτιολογῆσαι αἰτιολογῆσαι*. Ut Saul ex successibus David & magnitudine rerū ab eodem gestarum, falso conijcit, illum per soceri cædem ad regiam dignitatem contendere.

2. *Colligit autem ea potius quæ nō sunt vera, quàm ea quæ vera sunt.*

Aeger enim animus semper errat, bonis diffidit, malis innititur: illis mala, his bona perperam adscribit.

3. *Non unum aliquem, sed plurimos habet suspectos, ac proinde exosos.*

Sic enim illa sibi blanditur, ut neminem alium se meliorē putans, inhumaniter de alijs omnibus pronunciet.

4. *Perniciosa est cum armata est primū Calumnia, deinde Vi & Auctoritate.*

5. *Suspicio verus suum initio virulenta lingua spiculis, profert, ut noceat.*

Ita Semei maledicens Davidi fugienti Absolomum filium, instar aspidis, uenentat & aculeatas voces spargit.

6. *Si Vis & Auctoritas accedant, in periculo versantur etiam innocentissimi homines.*

7. *Sapè tamen Principum de impostoribus*

ribus suspiciones, & ex ijs nata mala, serui-
unt diuine reuerentia & vindicta.

Vt hæc historia testatur.

8. In p̄ys suspicionū pesti, medetur cha-
ritas quæ omnia in partem meliorē inter-
pretatur, 1. COR. 13.

VERSUS 10. & 11.

Responderunt Chaldaei coram Re-
ge, & dixerunt: Non est homo super
terram, qui verbum Regis possit indi-
care: præterea nullus antea Rex, Prin-
ceps aut Potestas tale quid interroga-
uit ullum genethliacum, & astrolo-
gum, & chaldaum. Porrò verbum
quod Rex postulat graue est, nec alius
est qui indicet corā Rege, præter De-
os, quorum habitatio cum Carne non
est.

Hæc est postrema & apologetica re-
sponso Magorum, quæ huc tendit,
Ne quidem iram Regis, nedū atrox
supplicium, sese promeritos esse.

Tribus autem Argumentis sese purgare,
& Regem cōmorum placare student, quæ
omnia Dialecticè perueniebimus.

1. *Ἐκ τῶ ἀδυνατοῦ*, ab impossibili. Quod toti humano generi simpliciter impossibile est, id ne quidem sapientissimis & doctissimis est imperandum. Iuxta uersum:

Ἀρχὴν δὲ θυρῶν ὁπρὶ παρ' ἀμύχανα.

Verbū Regis: id est, Somniū cuius causa sollicitus est, à nemine mortalium, potest repeti & in memoriam reuocari.

Quare eius repetitio à Magis exigi non debet.

2. Ab exemplis. Quod omnes Reges & Principes à nemine flagitandum censent, id nec Regi Nebucadnezari à Magis exigendum.

Somnij autem, cuius quis planè oblitus est, percensionem & enodationem nemo Regum & Magistratum, sibi unquam exigendam censuit.

Ergo nec tibi, ô Rex, istud à nobis exigendum erat.

3. A forma & reuelatione: Quæ mysteria ita sunt abstrusa, ut nō nisi Deo eorū auctore eadem regeunte, innotescant, non possunt à quoquam, cui non sunt patefacta diuinitus, exponi.

Tale autē haud dubiè, id est, de quo rãtorepere laboras. Ergo nō rãm ab hominibus, quàm à Deo expectēda est eius enucleatio.

Phrasis,

Phrasis, *Dij non habitant cum carne*, nihil aliud sibi uult, quàm eorum naturam esse simplicem, & alienam ab omni concretione mortali, &c.

De rerum abstrusarum inuestigatione.

1. Ea, quæ discimus uel sunt *γνώριμα*, uel *μυστα*.
2. Mystica, uel circa diuina uersantur, uel circa humana & alia quorum usus est in hac uita.
3. Diuina, unctiōe & illuminatione Spiritus sancti innotescunt. Vt tota Euangelij doctrina, Deo Patre eam retegente, paruulis innotescit, Matth. 13. 25.
4. Humana, nihil uetat in Ethica, Politica, Physica subdistingueri.
5. Hæc lumine rationis humanæ peruestigantur, Ioan. 1. 5. Lux in tenebris lucet, Matth. 16. Caro & sanguis etsi ea quæ sunt fidei non retegunt, ea tamen quæ sunt naturæ aperiunt.
6. Sunt præterea quædam Mystica *καὶ ἀμύθητα, ἀειπύα*, curiosa & impia, qualia inuestigabant, Genethliaci, Augures, Extispices & alij horum similes: alia autem non *ἀμύθητα* sunt, ut somnia diuina *θεόπνευστα*, id eò oblata per quietem, ut quid ea sibi uellent, ad

126 IN DANIELEM PROPHETAM
ad Dei gloriam & utilitatem piorum, postea innotesceret.

7. Piè dixit Theodoretus: ἔδει ἵνα τὰ ἀσχημῆα, εἴργων δὲ πλοῦκα τὰ διδυλωμῆα.

8. Ut autē ea, quæ Deus abscondit, non sunt curiosè perscrutanda: ita ea, quæ pro sua bonitate rexit, non sunt negligenda. Illud enim impiæ curiositatis: hoc autem perniciosæ ingritudinis foret.

Lectio 21.
12. Junij.

VERSUS 12. & 13.

Ob id Rex fuit in ira & furore magno: & iussit ut perderent omnes sapientes Babylonis. Itaque lex egressa est, & sapientes interficiebantur: & quaesiverunt Danielem, & socios eius ut interficerentur.

Propositum nobis est, decreti de interficiendis Magis & eorum Collegiis Caussas & Circumstantias, ^{ut per se videntur} indicare. Tota autem historia monet, in Aulis lenta esse beneficia, & præcipientes offensas & iniurias: ac verè dictum à Plutarcho: Quemadmodum prius emicat fulgur quàm audiatur tonitru: & in vulnere prius conspicitur sanguis quàm partes dissectæ & hiantes: sic apud multos Principes, prius ^{dama-}

damnatur delatus, quàm audiatur, & prius perit, quàm conuincatur. Ideò uitemus quoad eius fieri potest summorum hominum offensas, & confidamus Deo, nò Principibus, in quibus non est salus.

1. Efficiens princeps causa Mandati de Magis occidendis, erat Rex ipse Nebucadnezar, quem *ἀρχὴ τῆς πόλεως* esse oportebat, non auctorem iniustæ cædis. Iuxta dictum: Eripite pauperem & egenum: & de manu impiorum eruite, Psalm. 82. 4. Itè: Dei minister est tuo bono Rom. 43. 4. Ac rectè Aristoteles admonuit Alexandrum, ut cogitaret Regnum sibi datum *τὸ ἐξ ἀπορίας τοῦ θεοῦ ἔσθαι*.

2. Impulsivæ causæ fuerunt, ira & festinatio, quæ duo consilio præcipuè aduersari, prudenter monuit Thucydides. Nam iræ brevis furor est, nec operatur iusticiam: Festinatio autem facit, ut ne quis *ὀφθαλμοῦ* prospicienter colligere possit: ut cum Aristotele loquar.

3. Finis erat Vindicta, quam Rex iræ indulgens, atrocem esse uolebat, quum maiestatem suam à Magis læsam putaret. Crudelis autem hæc vindictæ cupido est, quæ ex alienis doloribus & malis, quasi qualidam delicias facit: Et, ut dici solet, hostium

128 IN DANIELEM PROPHETAM
stium *ισχάροισ* afflictionibus, iram suam ex-
piandam putat.

4. Personæ, quas Rex trucidandas cen-
suit, erāt duum ordinum, Sontes uidelicet
& Insontes. Etenim ad necem quæsi sunt,
nō solū Magi, qui Regi nō satisfecerant,
sed etiā Daniel & eius sodales. Videmus e-
tiam optimos ob noxam alienam interdū
periclitari. Latè enim patent tum præmia
tum pœnæ: ut uulgò dici solet.

Occurrunt autem hoc loco, duo capita
doctrinæ: alterum, de iniustis præiudicijs
alterum, de subita conuersione gloriæ in
ignominiam cum uitæ discrimine coniun-
ctam.

De præiudicijs iniustis.

1. Præiudicium à perturbationibus im-
moderatis excitatur. Nam, ut ait Aristot.
Rhet. 1. Amor & odium & priuari commo-
di cupido, faciunt ut iudex ueritatem non
uideat.

2. Ut iudicij certa amussa est, sic præiudicij
Lesbia est regula. Atqui melius est
pronūciare secundū leges & literas, quam
ex præscripto propriæ sententiæ aut scien-
tiæ: ut idem docuit, Polit. 2.

3. *Δυσβολία* præiudicij mater est. Ut enim
res sacra est consilium: sic res profana est
confusio.

consilij inopia, quæ eum pronuntiandi audacia est coniuncta: sicut cum inscia coniuncta est plerumq; confidentia & impudentia.

4. Præiudicij soboles est præcipitata sententia eaque condemnans. Qui enim præiudicij agunt, perinde pronunciant ac si damnum in mora foret. Ideò quamprimum pronunciant, quasi qui cum Periculo præsentia rectissimè dijudicare & *τὰ δὲ οὐκ ἀποσπασθέντα* possint: quod certè earum & heroicum est.

5. Acceleratam executionem pedissequam secum trahit condemnatio temeraria. Atqui in ijs quæ semel admittæ, emendari nequeunt, non est festinandum: sed de quo semel statuendum est, diu deliberandum quoq; est.

6. Nihil autem magis contrarium est iudicio, quàm sine iudicio aliquem proscribere: ut contra Aristogitonem dixit Demosthenes.

De subita gloriæ & securitatis in ignominiam capitisq; periculum, conuersione.

1. Quum uerè dicatur, *ὡς κλῆ & τὰ ἀνθρώπινα*, quis miretur rerum humanarum præcipitem esse conuersionem?

130 IN DANIELEM PROPHETAM

2. Sed quòd tanta est inconstantia rerũ humanarum, secundum prouerbium: *Ho-*
die nullus, cras maximus, ò vñ p̄p̄ d' d' s, aũ uop̄ vñ p̄p̄
2as, caussæ diuersæ sunt.

3. Princeps causa est, quòd Deus mundi iudex est. Itaq; nec ab oriente, neque ab occidente, neque à mari uenit exaltatio: Deus autem hunc humiliat, & illum exaltat.

4. Mouetur autem ille iusticia, quando aliquem deprimat, & misericordia, quum aliquem exaltat. Sol & scutum est Iehouah, gloriam & gratiam dat Iehouah, ut ait Psaltes.

5. Inferior autem causa Mũdus est, cui præcipuæ uoluptati est, sua habere iudicia, quum nunc hos amat & attollit, illos odio habet & deprimat *vñ p̄p̄ bonitã*: nũc eosdem aliàs diligit, aliàs negligit & perosos habet: quũ eos desijt admirari, aut minus sibi necessarios ducit.

6. Iam uerò quum tanta cuiusq; sint bona uel mala, quantus est qui ea possidet? nimus, quis miretur homines instabiles & Chamæleõte mutabiliores, non eodẽ semper loco esse? Mutatis consilijs, affectibus, studijs & moribus, uitæ cõditionem, & aliorũ de nobis iudicia mutari, regulare est.

7. Offens

7. Offenditur autem Deus Seruorum suorum carnali securitate, quæ timorem Dei, inuocationem, gratiarum actionem, circumspectionem minuit. Iuxta illud: Ego dixi in felicitate mea: Non mouebor in seculum (nam Iehouah, beneplacito tuo fecisti stare in monte fortitudinem) abscondisti faciem tuam & fui territus, Psal. 30. 8. 7.

8. Demus igitur operam, ut simus *τετράζωνοι ἀνω φόβο*, & prælucente fide seruiamus Christo, per gloriam & ignominiam, & ne patiamur nos uinci *ὑπὸ τῶν ἰσθᾶδ' αὐλοτάων* ut & Plato alicubi ait.

9. Intueamur etiam exempla magni nominis hominum, qui seu ab ingratis ciuibus aut Magistratibus, seu à collegis: seu à terræ filijs & nauici homuncionibus, exagitati fuerunt, & uirtute illorum commouefacti & animati, feramus id quod fatale est, ingentibus & uerè philosophicis animis. Socratem, Anirus, Melitus & Critias oppugnauerunt. Platoni infestus fuit Molon, in eundem iniurius fuit Dionysius. Aristotелеm & Theophrastum ciues Attici uexarunt. Demosthenem Aeschines exagitauit. Clodius Ciceronem Roma eiecit. Eiusmodi exemplorum plena est & sacra historia.

132 IN DANIELEM PROPHETAM
storia. Quare dum inter homines sumus
humanitatem colamus, nec cuiquam ter-
rori aut fraudi simus. Conuicia, uellicatio-
nes, breuia incommoda, magno feramus
animo, qui dum nos uertimus & respici-
mus, ecce immortalitas adest, ut dixit
Seneca.

10. Quod si non dilexerimus gloriam
euanidam, quæ à mundo proficiscitur, con-
tenti gloria quæ à diuinæ adoptionis gra-
tia ad nos redit: ut illius fulgor, mentium
aciem non perstringet, nec efficiet ut no-
bis ipsis nimium placeamus: sic eiudem
Ab auditione mala non timebit, paratū cor
eius fidens Iehouæ, Psal. 112. 7.

VERSUS 14. 15. 16.

Leclio 22.
24. Junij.

*Tunc Daniel respondit sapientiam
& prudentiam ad Arioch principem
satellitū Regis, qui egressus fuerat ut
interficeret Sapientes Babylonis. Re-
spondit, inquam, & dixit ipsi Arioch
prefecto Regis: Quamobrem decretū
festinauit à facie Regis? Tunc rem om-
nē indicauit Arioch Danieli. Et Da-
niel ingressus est, & petijt à Rege ut
tempus*

tempus daret sibi, & interpretationē indicaret Regi.

Versamur in ea Epitasis parte, quæ plena est affectibus & modis omnibus turbulenta est, ob ingens discrimen, etiam capitis & honorum, in quod Magi adducti fuerunt. Dum autem his aqua hæret, diuinius excitatur Daniel, qui unum temporis multorum instar erat, & se medium interponit, quòd tamen, ut res ipsa loquitur, non interfuisset Regis & Magorum congressui: tamen, in commune periculum incidisset. Demonstravit autem dignis & factis, nò semper uerum id esse, uulgo quod dici solet: *vnus vir, nullus vir.*

Phrasis illa, *Respondere sapientiam & prudentiã*, nihil aliud hoc loco significat, quàm maturũ & prudens colloquium, quod cum Ariocho Daniel instituit.

Duo autem Danielis Colloquia, quorũ alterum cum Ariocho: alterum cum Rege habuit, hoc loco consideranda sunt.

In priore, Quis, Quomodo, Cui & Quare loquutus sit, spectandum est. In posteriore, Quid & à quo Daniel postulauerit, attendendum.

1. Quis? Daniel cognito periculo, in
 i 3 quod

134 IN DANIELEM PROPHETAM
quod cum suis popularibus repente inci-
derat, eius discutiendi & euitandi gratia,
hoc quicquid erat rei egit.

Thesis. Est hoc prudentis & circumsp-
cti hominis dare operam, ne ex aliena cul-
pa ad se immerentem, redundet calamitas.
Est autē & hominis pij, si ius fasq; sit, etiā
alijs laborantibus succurrere: non suæ tan-
tūm in calamitatis habere rationem. Juxta
illud: Erue eos qui raptantur ad mortem,
Prou. 24. 11.

2. Quomodo? Prudenter & cordatē
loquutus est. In serio enim negotio &
periculo, nullus locus est garrulitati & in-
eptijs.

Thesis. Etiam atq; etiam spectandum in
oratione est decorū, quod est caput artis.
Sic enim conformandus est sermo, ut tem-
poribus, personis & rebus ipsis, respōdeat
& congruat.

3. Cui? Ariocho p̄fecto regionum Sa-
tellitum.

Thesis. Multum interest quem tandem,
in periculo constitutus, alloquere, cui fi-
das. Sunt enim, qui dissimulent se alienis
gaudere malis: sunt, qui simulent commi-
sionem. Itaque prudenter sibi consu-
lunt, mala qui sua abscondunt, ne quibus-
dam

dam ridiculi potius quàm miserabiles, sint. At si de alicuius candore & amore cõstet, alloquendus erit: sed tamen *ὀρθῶς*, seu cordatè.

4. Qua de re. De nimiũ præcipitata Regis de interficiendis Magis, sententia. *Quã obrem*, dicebat, *festinauit decretum à facie Regis?*

Thesis. Quum rescindèda sunt summorum hominum decreta, iniusta & temeraria, modestè inquirendæ sunt eorum causæ. Etenim si quid vitij in causis est, id uerecundè notandum est, ut Ciuilia *ἀμαρτίαι* corrigantur, non autem ut tragicè exagitata, maiori malo & offensæ anam præbeant.

De consulta animi in rebus dubijs præsentia.

1. Inter alia Spiritus sancti *χαρίσματα*, seu dona, quibus in re ancipiti est opus Dei seruis, est consulta animi præsentia.

2. Vt autem hæc Spiritui timiditatis opponitur: sic rectè *πνεῦμα δωάμως*, Spiritus roboris uocatur, & est cum charitate & animi sanitate coniuncta, 2. Tim. 1. 7.

3. Est autem sancta & prudens *ἀταραξία* & fiducia, quæ id homini præstat, ut homo nusquam sibi ipsi aut suo muneri desit, ne frangatur animo: sed sit intentus in omnes

136 IN DANIELEM PROPHETAM
occasiones, faciendi & dicendi id quod san-
ctum, uerum & necessarium est.

4. Lucet autem ea, tum in tota Sancto-
rum uita, tum præcipuè in grauissimis cer-
taminibus & periculis. Ut quum Paulus à
Iudæis pessimè habitus, forti, sedatoq; ani-
mo Apologiam, pro fide & Apostolatu suo
tuendo, instituit, Act. 22.

5. Ut autem animi præsentiam excitar
Spiritus sanctus: sic eandè uult, prouiden-
tiæ meditatione, à nobis foueri.

6. Quam nobis necessaria sit, uel ex eo
colligi potest, quòd nunquam non foris
pugnæ, intus pauores, nos exercent. &
quòd:

Nunquam bella pijs, nunquam discrimina desunt,

Et cum quo certet, Mens pia semper habet.

7. Dulcis autem eius nutricula est, bo-
na conscientia. Etenim ut ait Clemens A-
lexandrinus: *δικαιοσύνης καρπὸς μέγιστος*, ἢ ἀγαπῶ-
ξία. Iusticiæ enim conscientia, infractum
reddit animum, etiam in medijs afflictio-
nibus.

8. Habet autem *ἑυθυμία*, felicitatem in
consilij, indiuiduum comitem: suggeren-
tem linguæ plectro fandi argumentum u-
berrimum, uelut Mentis internuncio.

9. Pugnat cum hoc dono, in secundis
rebus

rebus securitas: in aduersis desperatio cū consilij inopia coniuncta.

Porro, Danielis & Nebucadnezaris colloquiū, breuiter his uerbis descripsit Propheta: Daniel ingressus est, & petijt à Rege, vt tempus daret sibi, & interpretationem indicaret Regi.

Duo hīc obseruabimus, Petitionem spaciij temporis ad deliberationem: & Pollicitationem expositionis Somnij quod Regi oblatum fuerat.

Alia fuit petitio Magorum, alia Danielis. Illi hoc uolebant, ut Rex ediceret somnium, quo tantopere afficiebatur: hic autem, quod Regem illius oblitum esse accepisset, breuis temporis morā, ideò petijt, ut reuelationem arcani istius, precibus à Deo posset impetrare.

Thesis. Quum rectè Thales dixerit: *ὁ χρόνος πάντων σοφώτατος*, Tempus omnium est sapientissimum, eò quòd rerum inuestigationi & cognitioni parandæ seruit: & rectè beatus Hieronymus ex Pythagoræorum sententia testetur: *τὸν χρόνον εἶναι τῆς διορθώσεως*, Tempus correctioni seruire: prudenter faciunt, qui illud redimunt, eoq; in rem suam benè utuntur. Omniū sanè sumptuosissimū est Tempus ut rectè dixit Theophrastus.

Promisit autem Daniel, se interpretationem Somnij Regi, modò impetrasset tempus ad preces concipiendas & deliberandum, bona fide traditurum esse.

Thesis. Arcanorum, quæ acie mentis humanæ peruestigari nequeunt, reuelationem, fides sibi à Domino tanquã uero mystagogo, pollicetur: eoq; nomine in Domino gloriatur.

De Arcanorum Interpretibus.

1. Arcana, quæ Deus hominum bono innotescere uult, seruiunt tum confusio-
ni Impostorum, tum gloriæ diuinitus exci-
tatorum & illustratorum Hierophanta-
rum.

2. Ut enim Impostores illi, cõsili sua cal-
liditate, mendacia & meras nugas uendi-
tando, questum facere, & gloriam apud ho-
mines uenari satagunt, eoq; nomine oppro-
brium & pœnas merentur.

3. Sic pij Hierophantæ, sancta ^{innotescens}
seu discendi cupiditate ardenes, rerum
considerationi intenti sunt, & sanctis pre-
cipibus à Deo petunt & impetrant reuela-
tionem rerum abstrusarum, quam nulla hu-
mana *ἀρχή* & solertia poterat assequi &
apprehendere.

4. Quum

4. Quum hi pollicentur Arcanorum enucleationem, id faciunt freti Dei erga se inenarrabili bonitate: non sua uel prudentia uel sanctimonia.

5. Nec etiam aliorum arcanorū, quàm eorum quæ Dei gloriæ & hominum uisibus seruire possunt, & necessaria sunt, reuelationem, requirunt. *πειρα* enim sibi neutiquam peruestiganda & cognoscenda, persuasum habent.

6. Promulgationem autem rerum abstrusarum, non ingeniorum uanitati: sed eorum, qui discēdi ardore præditi sunt, institutionis seruire uolunt.

7. Non autem suam seu gloriam seu incolumitatem, quum doctrinæ specimina edituri sunt, spectant: sed suam & aliorum utilitatem honestam & incolumitatem.

8. Prælucente fide eorum spem faciunt fideles Deo confisi, quæ caro & sanguis præstare nequit.

VERSUS 17. & 18.

Tunc Daniel domum suam perrexit: et Hanania, Misaeli, Azaria socijs suis rem ipsam indicauit.

Leçtio 23.

15. Iunij.

Et

140 IN DANIELEM PROPHETAM
Et misericordias petiuerunt à facie Dei cæli super secreto isto, ne perirent Daniel & socij eius, cum alijs sapientibus Babylonis.

Dvo hoc loco obseruabimus: Alterum est Colloquium Danielis & Sodalium: Alterum, eorundem Precatio ad Deum, pro reuelatione arcani impetranda.

De Colloquio.

1. Quum etiam ἀλλήλοις seu dolores ueris & amicis sint communes, uera animorum coniunctio maximè in aduersis lucet.

2. Cauendum autem est ne unquam in rebus leuiculis uelut nugis, agamus tragœdias, & ne simus nimium in amicitia queruli. Etenim ut habet adagium: οἱ φίλοι μου μοι εἰσὶν ὡς ὕπνους. Est etiam hominis molesti & imprudentis, ἀδελφὸν ἑαυτοῦ ἀπὸ ἀμειβόμενης ἀφαιρῆσαι. *co iniicere.*

3. Etiam autem atque etiam spectandum in re incerta, quid periculi indicent, quid uerè eos quos de periculo certiores facit, quid deniq; utrosq; deceat.

4. Indicem seu monitorem, non nisi certò comperta & scitu planè necessaria, & periculi

perire decet. Rectè igitè fecit Daniel, quòd domi suæ Sodales de periculo in quo uersarentur, edocuit.

5. Eos uerò, qui de periculo admonentur, fidem, uerà narrantibus & benè morantibus, habere, par est. Et si enim rectè dixit Epicharmus: *μίμνησο ἀπιστῆν: ἀρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν*. Memento ne cui temerè fidas: hi enim prudentiæ quasi quidam nerui sunt: tamen, ueris narrationibus idè assentientum est, ne ut Amyclas silentium, ita nos incredulitas nimia perdat.

6. Utrosq; autem decet, nec quouis loco, nec cum quibusuis de rebus arduis & periculosis colloqui. Idè Daniel domi suæ Sodales de periculo, in quod præter meritum prolapsi, inter malleum & incudem uersabantur, admonuit.

7. Quum etiam alij consilio destituantur, alij uera erga nos beneuolentia, alij fide, alij futiles & pleni sint rimarum, alij *ἰσομιτάλητοι* mutabiles amici (etenim Platonis sententia: *οἱ τύχαι ποικίλως ἰσοραφῶσι τὸς φίλους*) non illis, sed prudentibus, beneuolentia & fide præstātibus, ea aperienda sunt: da amicitia cōstantibus, in quibus uertitur cardo salutis, incolumitatis & honoris nostri.

De Precatione.

Precati sunt Daniel & sodales eius Deus, ut pro sua misericordia, arcanum Somnii de mundana administratione, eis aperiret, ne misera turpiq; mortis pœna immerentes afficerentur.

1. Αἰτιολύσιον, reuelationis Arcani, erat ipsius auctor Deus, arcana & suggerens & explicans.

2. Προηγύμφον, Misericordia erga Seruos suos, qui periclitabantur.

3. Αἴτημα siue Petitio, Vt Somnium & eius Sententiã Deus retereret Seruis suis.

4. Προκαταρκτικόν, Ne Danieli & populatibus eius, pereundum foret.

Digressiuncula παραρητικὴ ad Theologiam studiosos.

Si iusta causa est, & ut Principi satisfacias tuo, & ut discrimen ingens euitare possis, ardentibus precibus apud Deum instare, pro unius arcani reuelatione: quanto magis iusta causa est, ut Deo tuo satisfacias piè docendo in Ecclesia, in Schola, attendere lectioni, exhortationi, doctrinæ, præcationi? Sed ut Iuniores uideant quanta

quanta sit rei istius magnitudo, causas pau-
cas recitabo.

Ut summa cum diligentia Deum, pro sa-
pientiæ dono, quo maximè opus est Ec-
clesiam docenti, impetrando exores, & te
aliorum precibus iuvari expetas, & ut sum-
ma cum diligentia & religione officium fa-
ciendum, tibi persuadeas, mouere te ista o-
mnia debent.

1. Dei maiestas & imperium. Coram
eo enim omnia prudenter, grauius, *ἰσχυρῶς*
sunt peragenda: ex illius præscripto.

2. Sacram Ecclesiæ silentium. Hoc e-
nim non *βωμοροχία*, non stolidæ garrulita-
ti, non uerbis in buccam uenientibus,
non histrionicis gestibus, locum con-
cedit.

3. Verbi Dei dignitas & usus. Notum
est edictum Apostolicum: Si quis loqui-
tur, loquatur ut eloquia Dei, 1. Petri quar-
to, uersu 11.

4. Sanctorum exempla. Summæ enim
semper curæ fuit, sanctis Prophetis & A-
postolis, ac horum successoribus Ecclesiæ
fidis Pastoribus & doctoribus, summa cum
religione, uerbum Dei lecare & promul-
gare.

5. Collatio arcanorum. Si enim arca-
num

144 IN DANIELEM PROPHETAM
num magna ex parte politica spectans, di-
gnum uisum fuit Danieli, cuius reuelatio-
nem à Deo peteret: quantò magis arca-
num illud à seculis absconditum, quod
Euangelij doctrinam complectitur, dignum
uideri debet, cuius reuelationem plenam
à Deo petamus, & cuius præconio ad Dei
gloriam religiosissimè defungamur?

6 Denique, non minore desiderio ætere-
næ & beatæ illius uitæ nos affici decet,
quàm huius caducæ & animalis. Atqui hu-
ius tuendæ causâ Deum & Homines no-
bis interpellâdos ducimus: illum quidem
ut uitæ datorem *ὁ θεὸς ἀρχηγὸς* seu ducem: hos,
si amici & cõtubernales sint, ut unâ nobil-
cum Deum comprecentur: si uerò infesti
sint, ut ne in nos grassentur & sæuiant. Er-
go multò magis æternæ & spiritualis uitæ
desiderium, efficere debet, ut sapientiæ do-
num à Deo cum fide petamus, *1. c. 5.*

Hæc eo nomine dico, ut exemplo Da-
nielis, Regi suo satisfacere cupientis, ad-
moniti, statuatis multò maiore studio dan-
dam operam ut Deo & Ecclesiæ, obse-
quium, fidem, uigilantiam &
constantiam pro-
bemos.

VERSUS 19.

Lectio 24.

24. Iunij.

Tunc Danieli in visione noctis secretum reuelatum est: quamobrem Daniel benedixit Deo cæli.

EX hoc uersu colligere promptum est, quo cum fructu Daniel & eius Sodales, preces pro reuelatione arcani, ad Deum conceperint. Nos circumstantias breuiter expendemus.

1. Cui arcanum reuelatum fuit? Danieli Prophetæ. Solet enim Deus arcana sua, quæ innotescere uult, reuelare Seruis suis Prophetis, Amos. 3. 7.

Thesis. Deus sapientiæ donum, aut arcani (cuius necessaria cognitio est) reuelationem perentibus, clementer annuit, Iac. 1. 5. Quod si cui uestrum deest sapientia, postulet ab eo qui dat, nempe Deo, qui dat inquam omnibus benignè, nec exprobat, ac dabitur ei. Sed postulet cum fide nihil disceptans, &c.

2. Quando & quomodo? In uisione noctis. Quomodo id intelligendum sit, hæc uerba ostendunt: Si fuerit, inquit Iehouah, Propheta uobis, ego Iehouah apparebo ei in uisione, in somnio loquar cum eo, Numer. 12. 6.

k

Thesis.

Thesis. Somnia *θεόπνευστα* & nocturnæ uisiones, seruiunt institutioni Seruorū Dei. Ita pronunciat Elihu: Per somnium uisionis nocturnæ, quando irruit sopor super homines, in dominationibus super cubile. Tunc reuelat aurem hominum & castigatorem eorum quàm obsignauit, Iob. 33. 15. 16.

Et si autem corpore quiescente, & sensibus sopitis, in alto noctis silentio, Mēs se se in contemplatione intendens, habet aliquid diuinæ *ἀρχινοίας καὶ προνοίας*: secundum Scopeliani dictum: *ὦ νόξ, οὐ γὰρ δὴ πάντως σοφία* *μυτήχας μίρ* & *θεῶν*: Tamen in rebus arduis & abstrusis, nihil præstare potest, citra diuinam reuelationem, & sancti Spiritus magisterium.

3. Quid ei patefactū est? Secretum, uide licet Somnium de Colosso.

Thesis. Eorum arcanorum reuelatio & perenda & magni, quū conceditur, facienda est, quorum cognitio magnum habet usum. Peccāt igitur curiosi homines, qui ea arcana, quæ uel Deo soli relinquenda erant: uel turpia & Deo indigna sunt, uel sunt planè *πρῆρτα*, sectantur & curiosè inquireunt.

4. Quo animo eam reuelationem acciperit?

perit? Grato animo, quem etiam religiosissima *δοξολογία*, comprobavit.

Thesis. Patri cœlesti, reuelanti ea, quæ neuriquam assequitur caro & sanguis, immortales agendæ sunt gratiæ, Matth. 11. 25. & 16. 17.

De Arcanorum reuelatione.

1. Docendi gratia Arcana discernimus, in Spiritualia & eis opposita corporalia. De utrisque autem in meliorem partem loquimur.

2. Arcana Spiritualia doctrinâ Fidei, Spei & Charitatis complectuntur, nec citra unctioem innotescunt, 1. Ioann. 2. 17. Unctio docet uos de omnibus, & est uerax.

3. Unctio hæc uel mediatè & regulariter illuminat uel immediatè.

4. Quando unctio mediatè erudit & illuminat, cum quod foris representatur Verbi & Sacramentorû ministerio, idem intus in corde præstat, perficit & obsignat Spiritus sanctus. Hæc ordinaria & regularis institutio est Ecclesiæ: de qua Paulus, metaphorâ dulcissima adhibita ait: Quis igitur est Paulus, quis autem Apollos, nisi ministri per quos credidistis, & ut cuique Dominus dedit? Ego plantaui,

148 IN DANIELEM PROPHETAM
Apollos rigauit: sed Deus dedit incremen-
tum, 1. Cor. 3. 5. 6.

5. Quando uerò immediatè merè *πραγμα-
τικὰ* secreta Deus aperit, tum reuelando a-
perit. Ita Paulus Euangelium didicit, Gal.
1. & 2. cap.

6. Arcana corporalia, tum publica tum
priuata, comprehendunt. Distinguuntur
autem hæc gradibus, usu & dignitate &
necessitate.

7. Arcana publica, uerbi gratia Politica,
etsi acumine & solertia Mentis quadante-
nus inuestigari possunt (ut de Themisto-
cle, prætorum memore, præsentia dex-
trè iudicante: & futura *ὀρέωντων* prospicien-
te, Thucydides loquens, autumat) Ta-
men, in tanta uarietate, instabilitate & uari-
nitate rerum humanarum & civilium fieri
non potest, ut quisquam ita prudenter &
secum ipse statuat, & pronunciet & deni-
que agat, nusquam ut delinquat. Non igitur
temerè Græcis olim dictum fuit: *ἀμάρ-
τανει δὲ καὶ σοφῶς σοφώτερος*. Ideo Cato dicere so-
let: In diuinis rebus multum esse caliginis.

8. Sed ne quidem priuatorum arcano-
rum centesima pars, ab ullo etiam sagaci-
simo Prometheo præuideri & cognos-
ci potest: sicut quotidiana errata & offen-
sæ,

saë, restantur: & omnium hominum uita loquitur.

9. Omnium itaq; optimum fuerit, lucernam uerbi diuini studiosè obseruare & seruari: precari Deū ut sancto Spiritu suo nos regat: nec suæ prudentiæ multum deferre, ne illa nos fascinosos ducat in præcipitiū.

10. Somniorum uulgarium superstitiosa obseruatio, à fidelibus aliena esse debet. Si qui tamen *ἰσθόνατοι* homines, de temperamento & de humoribus peccantibus, somnijs admoneri se sentiant; ne Religionis prætextu, Medicorum salutaria præcepta, quæ cum illa non pugnant, sibi contemnenda ducant. Si qui tamen uiri Politici, & egregiè *ἰσχυροὶ καὶ σοφαστικοὶ* sunt, ac sæpè somnijs admoniti sunt de rebus agendis aut omittendis, ne tamen illis, ut demonstrationibus innitantur: sed à Deo Spiritu prudentiæ & fortitudinis sese instrui, petant.

Si quid autem Seruo suo Deus, aut per uisionem aut per *ὄνειδος* somnium, interdum nocturne aperire dignetur (id quod raro fit) magni, propter auctorem

Deum, faciendum erit.

VERSUS 20. 21. 22. 23.

Loquutus est autem Daniel, & dixit: Sit nomen Domini benedictum à seculo & usque in seculum: quia sapientia & fortitudo eius est. Et ipse mutat tempora, & etates: aufert Reges, & constituit Reges: dat sapientiam sapientibus, & scientiam scientibus intelligentiam. Idem reuelat profunda & abscondita, nouit id quod est in tenebris: & lux cum eo manet. Tibi o Deus Patrum meorum confiteor, teq; laudo quod sapientiam & fortitudinem dedisti mihi: nunc autem indicasti mihi id quod petiuimus à te: nam negocium Regis indicasti nobis.

P Salmus hic Eucharisticus, confititur Propositione: Confirmatione & Epilogo.

Propositio est, Celebrandus nobis est perpetuò, Dominus Deus noster: quia summè sapiens, & omnipotens est. v. 20.

Confirmatio Propositionis constat hinc argumentis.

1. De fortitudine seu Omnipotentia. Ei rectè tribuitur omnipotentia, qui mutat tempora & ætates: id est, is qui gubernat uices & successiones rerum, personarum, temporum, Psalm. 77. 11. Et cogitavi, Mors mea est: sed mutationes sunt dexteræ excel- si. Iehouah autem mutat ætates & tempora. Quis igitur dubitet eius esse fortitudinem.

Minorem sic probat Daniel. Regnorum, Regum & inferiorum Gubernatorum successiones moderari & determinare, eius est qui tempora mutat pro arbitrio suo. Deus autem aufert Reges & constituit. Ita per Synecdochen docet, Politias & gubernatores eorumq; Subditos, Deum nutu & prouidentia sua, constituere, moderari, abrogare: ut omnium Temporum historiæ testantur. Quare eiusdem est tempora & ætates mutare.

2. De Sapientia Dei. Eius est sapientia, qui sapiētes & scientes efficit. Iehouah autem dat sapientiam sapientibus, & scientiā scientibus intelligentiam: Ideò, quum impossibile sit causam efficientem totalem, deteriore esse suo effectu fateamur, leuoniam esse summè sapientem, imò ipsam sapientiam.

Minorem probat Daniel hoc argumēto: Sapiētiā & scientiā dare eius est, qui non solum ea, quæ uulgo omnibus liberali sapiētiā & scientiā præditis liberale scire solent, aperit: sed etiam abstrusa & arcana reteggit. Iehouah Deus noster illa reteggit. Dat igitur sapiētiā & scientiā.

Maiores probatur. Arcana retereere eius est, qui quum sit omniscius, nihil ignorat. Iehouah etiam id nouit quod est in tenebris: id est, quod homines fugit: nam lux cui eo manet: id est, omnia sunt illi nuda & oculis eius patientia, Heb. 4. 13. Quis igitur non uideat, eius esse arcana retereere.

Epilogus gratiarum actione constat, ac Thesis ad Hypothesin reducit, eademque opera Propositionem & repetit & confirmat.

Sanctorum experientia in diuinorum atque canorum refectione, seruire debet glorificationi diuini nominis.

Atqui nos re ipsa experti sumus, Deo partefaciente innotuisse nobis arcanum Regis. Igitur Dei nomen nobis sanctificandum est.

seruiunt.

1. Inter alia attributa Dei, quorum consideratio nobis est solatio, sapientia & fortitudo eius occurrunt.

2. Ut illa stultitiæ nostræ, sic hæc infirmitati medetur. Neq; uerò ullum malis nostris remedium, nisi quod à conditore & redemptore Deo proficiscitur, nobis adhiberi potest.

3. Stultitiæ, quæ ignorantia Dei & uoluntatis eius definitur, radius diuinæ sapientiæ, illius tenebras discutiens, medetur: ut in eius locum succedat sapientia.

4. Infirmitati autem nostræ, Dei fortitudo, robora fessis sufficiens, medetur: sic, ut interiores & exteriores in homine uires, Spiritus sancti uirtute & datæ & excitatæ, *τὸ ἰσχυρὸν* sortitæ, fructus spiritus producāt.

5. Sapientiæ donum lucet, tum in rerum ciuiliū & æconomicarum aliarumq; rerum terrenarum cognitione & æstimatione recta: tu uerò præcipuè in spiritualium rerum & mysterij salutis, plana & perspicua cognitione.

6. Fortitudinis autem *ἀνδρεία*, cōspicitur in animi & corporis uiribus earum instauratiōe

154 IN DANIELEM PROPHETAM
ratione & conseruatione: in tolerantia iniuriarum & cæterorum malorum, quæ nos circumstant, urgent & in angustias redigunt.

De Deo debita gratiarum actione, ob successus in studijs, præcipuè Theologicis.

Quæso uos, optimi Auditores, ut ad eam diligentiam uos assuefaciatis, ut dum quotidie ad calculos studia uestra reuocatis, in nitia, progressiones, metas, & ultimum finem rectè animaduertentes, Deo immortalis agatis gratias.

1. Quoties animos subit hæc cogitatio, diuino consilio sanctificatos seu segregatos uos esse, ad pulcherrima sanctissimæq; studia: toties uocationem quidem uobis gratulari, Deum autem, uos sibi segregantem, ad testimonium ueritati perhibendum, celebrare, debitis.

2. At quum progressus in studijs, tum uestro tum aliorum rectè iudicantium iudicio, neutiquam pœnitendos, uos fecisse animaduertentis: Deum, qui sapientiæ & scientiæ dona dat, quibus ipsi uisum est, itidem celebrabitis.

3. De metis autem studiorum Philosophicorum & Theologicorum & aliorum cogitantibus,

tantibus, sapientia & bonitas Dei agnoscenda & prædicanda erit. Quum enim & necessaria & salutaria doctrinæ capita, certis circumscripta terminis, Deus uobis instillet, est certè caussa maxima cur illi gratiam habendam, statuatis.

4. Quod si tota uita nostra, gloriæ Dei seruire debet, quis dubitet eidem & studia Theologica, sacra esse debere?

De Temporum mutatione.

1. Extra controuersiam est, præterire speciem huius mundi, 1. Cor. 7. 31.

2. Si enim *μικρόκοσμον* hominem spectes, Generatio una præterit, & altera generatio aduenit: terra autem in seculum stat, Eccles. 1. 4.

3. Quod si *ὑψηλίας* diuinæ formas consideres, mutantur politia, œconomia, academia.

4. Ecclesia autè aliàs plus lucis & sinceritatis in doctrina habet, aliàs minus: interdum halcyonijs fruitur, sæpiùs persecutionibus uexata, uelut in undarum ulnis iactata, decumanos fluctus irruentes perperitur.

5. Eadem est & singulorum piorum fors. Itaq; cum Dauide dicunt: Ego uerò dicebã
in

156 IN DANIELEM PROPHETAM
in prosperitate mea: Non moueboꝝ in æter-
num. Iehouah tu pro beneplacito tuo sta-
biliueras monti meo robur: abscondisti fá-
ciem tuam & sum conturbatus, Psal. 30. 6. 7.

6. Sunt etiam mirandæ gentium, hono-
rum, gratiæ hominum conuersiones: & e-
tiam summi homines sunt *ῥῆς ἀδυνασίας καὶ πᾶσι
δύσμοιαι*: ut Aristoteles dixit.

7. Omnes tamen illas rerum humanarū
uices, moderatur uirtus & sapientia Dei.

8. Manifesta autem diuinæ prouidentię
documenta sunt, quòd in tenebris lucem,
in confusione ordinem, in medijs malis bo-
na, Deus, qui semper benè agit, etiã instru-
mentis peccantibus, lucere facit. Nō enim
Dei uiæ, nostræ uiæ sunt: nec Dei cogita-
tiones, nostræ cogitationes sunt, Isa. 55. 8.

De reuelatione profundorum po-
liticorum.

1. Non solùm sinuosæ & abstrusæ sunt la-
tebræ humani cordis, sic ut eius arcana cæ-
teris mortalibus *ἀφανήτα* sint: sed etiam re-
rum humanarum, quasi quidam imperue-
stigabilis labyrinthus est.

2. Nemo itaque hominum nouit ea quæ
sunt hominis, nisi Spiritus hominis qui est
in eo, 1. Cor. 2. 11. Fraudulentū enim est cor
piæ

præ omnibus rebus, & peruersum, quis cognoscet illud? Ier. 17. 9.

3. Celebrantur quidem illi, qui diuinitatis comites, Anteuortam & Postuortam, familiares habent: Sed quis ambigat, Rerum præteritarum neminem satis esse memorem: præsentia, quum ea in motu perpetuo sint, neminem satis accuratè inspicere: futura autem neminem hominum *πρόφωθεν* prospicere posse?

4. Quoties autem in delectu & finibus bonorum & malorum, *τῆ ἀλαοσοπισίᾳ*: hoc est, cæca speculatione, erramus?

5. Quoties etiam, quum circa *τὰ πραῦτ' ἀ* uersamur, agenda quidem uel: omittimus uel perfunctoriè agimus omittenda uerò, agimus *προπιῶς*, per incogitantiam, uel etiam consultò.

6. Rebus autem, de quibus *ἀναπόγας* pronunciandum & in quibus uersandum erat, quoties non respondent oratio, Schema uitæ, morum harmonia?

7. Itaq; ne quis unquam, suæ prudentiæ, experienciæ *τῆ ἀγχινοία* confidat: sed à Deo petat donum sapientiæ & scientiæ ciuilis, æconomicae, &c.

8. Iehouah enim is est, qui scrutatur corda, & probat renes, Ier. 17. 10. ipse nouit cogitationes

158 IN DANIELEM PROPHE TAM
gitationes populorum quod sint uanitas,
Psal. 94. 11.

9. Eidem omnia præterita, præsentia & futura, in numerato sunt: ab illius solius nutu pendent: eius consilio seruiunt.

10. Quare Politici gubernatores, ne sint carnaliter anxij *μετ' ανπιστομηνον*: sed fide prælucente, petant à Domino prudentiæ spiritum, & eo utantur ad illius quidem gloriam, subditorum uerò utilitatem.

11. Solet enim Deus ut consilia salutaris, sic etiam euentus placidos & utiles, suis petentibus, è re nata subministrare: ut ipsi grata & societati honestæ generis humani salutaria fiant.

12. Qui sibi persuadent, animalis hominis prudentiam & experientiam ad gubernandam Rempub. etiam sine Deo, sufficere: ut aliena fruantur insania, & alienis intueantur exempla eorum, quos carnis prudentia eò adduxit, ut à fronte præcipitium esset à tergo lupi. In horum numero fuerunt Themistocles, Alcibiades, Cicero, exclamans: O me nunquam sapientem: & alij multi.

13. De rebus itaque seu peractis seu peragendis, ex sanctionum legalium praescripto, pronuntiandum: de futuris, ea lege ex causis proximis coniectura facienda, ut quum τὸ μῦθος magna ex parte ἀόρατον sit, luce divina nos illustrari malimus, quam nostras sequi coniecturas.

VERSUS 24.

Leclio 26.

Iunij 26.

Quapropter Daniel ingressus est ad Arioch, quem constituerat Rex ut perderet Sapientes Babylonis: perrexit, & sic dixit ei: Sapientes Babylonis ne perdas, introduc me ad Regem: & interpretationem Regi indicabo.

O Missa ἑσθῆς, ad Thesin accedemus: cuius usus maximus est. Duæ autem Theses sunt, de quibus ordinè dicam.

1. Charitas erga proximum, nec imprudenter agit, nec est ἡπιζουρίαν. Ut Daniel Ariochum primò alloquitur, ne is supplicia Magorum acceleraret: deinde, non solùm non gauisus est, quòd in

100 IN DANIELEM PROPHE TAM
in tantum illi discrimen incidissent, sed etiam sollicitè dedit operam, ut è periculo eos, ac uelut è faucibus mortis, eriperet.

Prudentiæ singularis est, in tempore quid factò opus sit monere: & quidem eos, quos moneri interest, ne uidelicet Promerri canes, & alienæ iracundiæ administrant: eaq; patrent, quorum illos olim perdere & pœnitere possit.

Animi ab *ἰτιχαρρικανία καὶ τῇ κἀκουσίᾳ* alieni est, non uinci à malo: non meminisse illatarum iniuriarum, non negligere æmulos quum in acie nouaculæ positi sunt: non sinistrè, eorum dicta aut facta quæuis, interpretari: sed periclitantibus, pro uirili subuenire: laborantibus opem ferre. Christum denique imitari, qui sibi maledicentibus, non remaledixit: qui hostibus benefecit: qui Malcho ad se comprehendendum misso, medicam adhibuit: num, quum auricula illi à Petro præcisata foret.

2. Viri politici, non debent instrumenta esse tyrannicæ iracundiæ: & ei promptè ad immerentes opprimendos interuire. Moueant autem illos hæc quæ subijciam.

1. Quòd in hominū, etiam principū, gratiam

tiam, non est fas Dei mandata, de innoxijs non opprimendis, uiolare.

2. Quòd animi Principum sunt mutabiles: sic ut præcipitatæ sententiæ eos pœnitere: & ut executoribus irasci, possent. Cambyfes liberiùs, de uinolentia & crudelitare à Cræso admonitus, hunc statim interfici uoluit. Sed non multis post diebus, ^{in uentis} & fidei illius memor, desiderare eundem cœpit: ac uehementer gauisus est, quum superstitem esse cognouisset: ut est uidere apud Herodotum.

3. Quòd cordati gubernatores, etsi superiores Magistratus colerent: non tamen in horum gratiam iniustam carnificinam sibi instituendam censuerunt. Vt familiares Saulis Regis, iussi ut ferrum quamprimum stringerent in Sacerdotes Iehouæ, uim illis facere constanter recusarunt. E contra, Gnathones & parasiti, libèter Principum sæuitiæ, mutuas tradunt operas, & festinatò opus esse putant. Vt Doëgus & similes suis exemplis probant, 1. Sam. 22. uers. 17. 18.

Laudanda itaque erat Ariochi prudens cunctatio, qua usus Regis posterioribus curis, quæ meliores esse solent, & Magorum saluti consulunt: eademq; opera perfecit,

102 IN DANIELEM PROPHETAM
ne Danieli & socijs eius, hominibus plane
& calamitas. Facere autem non possum
quo minus adducam Senecæ sermonem,
qui extat lib. 1. de Ira, cap. 36.

Ira sibi indulget, ex libidine iudicat, &
audire non uult, & patrocínio non relin-
quit locum, & ea tenet quæ inuasit, & eripi
sibi iudicium suum, etiamsi prauum est, no-
luit. Ratio utrique parti locum dat & tem-
pus. Deinde, aduocationem etiam sibi pe-
tit, ut excutiendę ueritati spacium habeat.
Ira festinat. Ratio id iudicari uult, quod æ-
quum est: ira id æquum uideri uult, quod
iudicauit. Ratio nihil præter ipsum, de quo
agitur, spectat. Ira uanis & extra causam
obuersantibus commouetur. Vultus illam
securior, uox clarior, sermo liberior, cultus
delicior, aduocatio ambitiosior, fauor
popularis exasperat. Sæpè infesta patro-
reum damnat, etiamsi ingeritur oculis ue-
ritas, amat & tuetur errorem, coargui non
uult, & in malè cœptis, honestior illi per-
tinacia uideretur, quàm pœnitentia.

Cn. Piso fuit memoria nostra, uir à mul-
tis uitjs integer, sed prauus, & cui place-
bat pro constantia rigor. Is quū iratus du-
cississet eum, qui ex commeatu sine conti-
mili-

militione redierat, quasi interfecisset, quem
 non exhibebat: roganti tempus aliquod
 ad conquirendum, non dedit: damnatus
 extra uallum deductus est: & iam ceruicē
 porrigebat, quum subito apparuit ille com-
 milito, qui occisus uidebatur. Tunc Cen-
 turio supplicio præpositus, condere gla-
 dium spiculatorem iubet, damnatum ad
 Pisonem reducit, redditurus Pisoni inno-
 centiam: nam militem fortuna reddide-
 rat. Ingenti concursu deducuntur, comple-
 xi alter alterū cum magno gaudio castro-
 rum commilitones. Conscendit tribunal
 furens Piso, ac iubet duci utrumq;: & eū
 militem qui non occidit: & eum qui non
 perierat. Quid ergo indignius? Quia unus
 innocens apparuerat, duo peribant. Piso
 adiecit & tertium. Nam illum Centurio-
 nem, qui damnatum reduxit, duci iussit.
 Cōstituti sunt in eodem loco perituri tres,
 ob unius innocentiam. O' quàm solers est
 iracundia ad fingendas causas furoris: Te,
 inquit, duci iubeo, quia damnatus es! Te,
 quia causa damnationis commilitoni tur-
 sti: Te, quia iussus occidere Imperatori nō
 paruisti. Excogitauit quemadmodum tria
 crimina faceret, quia nullū inuenerat. Ha-
 bet, inquam, iracundia hoc mali, non uult.

164 IN DANIELEM PROPHETAM
regi: irascitur ueritati ipsi, si contra uolun-
tatem suam apparuerit: cum clamore &
tumultu, & totius corporis iactatione,
quos destinauit insequitur, adiectis con-
uitijs, maledictisq;.

VERSUS 25.

*Tunc Arioch cum festinatione in-
troduxit Danielem in cōspectum Re-
gis, & sic dixit ei: Inueni uirum de fi-
lijs captiuitatis Iehudah, qui inter-
pretationem indicabit Regi.*

E Schoc uiri politici, ^{ὁ γὰρ ἰστορικὸς ἀναρῶν}
^{ὡς ἰστορικὸς ἀναρῶν} ut scitè Aristoteles in
Rhetoricis ait. Laude itaque dignus
erat Ariochus, quòd *Μαγοφάνια*: id est, Ma-
gorum cædem sibi non esse præcipitandam
& accelerandam, censuit: & quòd ipse, &
recensionis Somnij & eiusdem interpreta-
tionis, à Daniele facta, Regem læto nuncio
& exhilarandum & leniendam eius iram
ac simul Magorum & aliorum saluti con-
sulendum, censuit. Videbat enim quântum
mali esset in festinatione præcipiti ad eam
rem patranda, quæ semel commissa, non
ampliùs corrigi poterat: & quantum boni
in eo foret, si mitigata Regis iracundia, con-
suleretur multorum saluti.

De vi-

De virtute eorum, qui ne Magistratus cæco affectu impulsī peccent, cauere student.

1. Sancta hæc cautio est, quæ hoc sollicitè præstat, ut nec ipsi peccemus, nec alijs peccandi ansam relinquamus.

2. Bonæ enim conscientiaë studium, nõ hoc tantum dicitur: nobis uidelicet ipsis scientibus & prudentibus, peccandum non esse: sed etiam operã nobis dandam, ut ne alij peccent.

3. Qui autem obstant ne peccent alij, non sunt ordinis eiusdem. Sunt enim qui consilio & precibus modestè id agant, ut ne quis alius iniuria affectus, peccet: & quod dici solet malum malo medicari conetur: Vt Abigail, Dauidem dehortata est à cæde Nabalis, 1. Sam. 25. 31. Tunc non erit hoc tibi Domino meo in offendiculum & offensionem cordis, & quòd effuderit sanguinem sine causa: aut quòd fecerit salutem Dominus meus sibi: & quum benefecerit Iehouah Domino meo, recordaberis ancillæ tuæ.

4. Quidam uerò, quum sint administri alieni imperij, prudenter cunctando, impedimento sunt, ne quis superior grauius delinquat: ut est uidere in hac de Ariocho historia.

5. Istos autem decet iracundiæ anfas omnes, optima ratione ijs præcidere, quorum æstus exitio immerentibus esse poterat. Ira enim Regis nuncius est mortis: at uir sapiens remouebit eam, Prou. 16. 14.

6. Rectè autem dixit Rex sapientissimus, Prou. 25. 15. Longanimitate flectitur Princeps, & lingua mollis cõfringit ossa.

7. Sceleratè agunt, qui Principum offensas acuunt, & calumnijs suis materiam offensæ subministrât, de quibus dicitur Psal. 52. 4. 5. Contritiones cogitat lingua tua, sicut nouacula acuta faciens dolum. Diligis malum potiùs quàm bonum: mendacium potiùs quàm loqui iusticiam. Diligis omnia uerba perditionis, linguam dolosam.

Leclio 27.

Lunij 28.

VERSUS 26.

Respondit Rex & dixit Danieli, cuius nomẽ erat Beltesasar: Nunquid est tibi facultas notum facienti mihi somnium quod vidi, & eius interpretationem?

Quid sibi Rex hoc Eroremate uoluerit, ex sequente Danielis ad rogatum respondentis, oratione, colligere potest.

promptum est. Sententia est: Siccine tu id mihi edicere potes, & Daniel, quod omnes meos Magos & Genethliacos planè fugit? Equidem & somnium, quod mihi excidit, in memoriam mihi reuocari, & interpretatione concinna & propria illustrari, peruelim.

De eo errore mentis, qui facit ut aberrent homines in censura alienorum ingeniorum & doctrinae ac pietatis.

1. Omnium Ordinum homines, sapissimè in censura de aliorum dotibus aberrant à uero.
2. Nam aut ea tribuunt nonnullis, quæ eis nequaquam insunt: aut alijs ea inesse negant, quibus tamen illi excellunt. Quoties enim tribuitur laus doctrinae, ueracitatis, pietatis ijs, qui indocti, mendaces & impij sunt? Quoties etiam eruditi, ueraces, pij, traducuntur & insimulantur inscientiæ, mendacij, impietatis? Existimabat Nebucadnezar Chaldæos suos, sapientissimos & doctissimos esse, eoq; nomine prius accersendos censuit: sed falsus fuit opinione sua. Idem subdubitans, Danielem percunctatur: Ecquid potes id arcanum patefacere, quod Magos meos fugit?
3. Erroris autem istius fons est intelligentia

168 IN DANIELEM PROPHETAM
gentia carnis, quæ tantum *τὰ ἴξο πρὸς τὴν ἀνὴρ*
tuerur, patriam, genus, opes, dignitatem,
studia & alia: & secundum ea, de homine
pronunciat.

4. Fouet autem hunc errorē, uana per-
suasio de iudicij nostri acrimonia, & felice
faciliq; rerum æstimatione.

5. Sed in filijs Dei medetur huic malo,
intelligentia & magisterium Spiritus: &
efficit ut Deū mirabilia facere, & *τὰ ἴσα*, seu
in terra Dei dona, respicere & magni pen-
dere, discamus.

Prodest autem exempla rectè & secus iu-
dicantium in numero habere: ut quid no-
bis candidè statuendum, quid ue non sta-
tuendum sit, alienis edocti exemplis, di-
scamus.

De Christo Domino nostro, illiberalia
fuerūt tum iudicia, tum dicta, quorundam
ipsius propinquorum secundum carnem.
Marc. 3. 21. Ioan. 7. 3. 4. 5.

Cæterorum autem Iudæorum diuersa
de eodem iudicia & pugnantes fuerūt sen-
tentia, Matth. 16. 14. 15. Ioan. 7. 48. 49. Imò
etiam eorundem hominum, diuersis tem-
poribus diuersa de eodem Christo Domi-
no iudicia fuerunt. Quàm multi ex ijs, qui
ingredientem Ierosolymam comitati, eu-
phra-

phemismo eum prosequuti fuerunt, dicens: Benedictus qui uenit in nomine Domini: paucis post diebus, in gratiam Sacerdotum & Seniorum, uociferati sunt: Crucifige eum, Tolle eum?

Ne ergo nobis doleat, si nos etiam hac in parte Christo conformes esse animaduertamus: sed potius lætemur, & Deo gratias agamus,

VERSUS 27.

Respondit Daniel Regi, & dixit: Secretum quod Rex interrogat, nequaquam Sapientes, Astrologi, Genethliaci, Diuinatores possunt indicare Regi.

Hoc initium est longæ Orationis Danielis de Somnio Regio, cuius tres sunt principes partes Proœmium, Somniũ & huius Expositio, usq; ad finem uersus 45.

Proœmium cõstat quatuor uersibus 27. 28. 29. 30. In eius autem prima parte, docet Magos Somniũ nec recitare nec exponere posse, uers. 27. In secunda parte Somnij & expositionis eius, causas & circumstantias nonnullas, tradit, uers. 28. 29. In tertia

170 IN DANIELEM PROPHETAM
causas reddit, propter quas tibi, Daniël
inquam, de genuina eius sententia consta-
re, nemini dubium esse possit.

De prima parte.

Principi uiro non est irascendum ijs, ne-
dum in eosdem supplicijs capitalibus læ-
uiendum, qui illi, de arcano omnem eorū
captum excedente καὶ ἀνέξιχνιάσθω, interrogā-
ti, nullo modo possunt satisfacere.

Tale autem est, ὁ Rex Nebucadnezar,
Secretum illud tuum Somnium, quod cer-
tè Magi tibi nequeunt indicare: quum il-
lud non modò numeris Platonicijs obscu-
rius sit, sed etiam ipsis planè ignotū & im-
peruestigabile.

Quare non est cur illis opere tanto ira-
scare: aut etiam in illos animaduertas gra-
uius: ne uidelicet è pumice aquam, per im-
prudenciam, flagitare uidearis.

*De eo errore, quo ducti homines, τὰ δειρ ἡμῶν
ab alijs exigunt.*

1. Socrates, apud Xenophontem lib. 1.
ἀπμνημονωμάτων, rectè pronunciat eos δαίμον
νῆν, seu insanire, qui omnià humana & alia
à nostro arbitrio pēdere, nec à diuina pro-
uidentia regi, putant. Verba Socratis sūnt
τὸς δὲ μηδὲν τῶν τοιούτων οἰομένους εἶναι δαίμονιον, ἀλλὰ
πάντα τῆς ἀνθρώπινης γνώμης, δαίμονον εἶναι.

2. Sæpè

2. Sæpè autem fit, ut homo idem uel à seipso uel ab alijs ea exigat, quæ neutri præstare possunt.

3. Imponit enim homini uana persuasio de sapientia & experiètia uel sua ipsius, uel aliorum, quos præcellere arbitratur. Croesus opinatus est à se uinci posse Cyrum: Hierò sibi persuasit, à Simonide quid Deus esset, exponi posse. Vterque tandem cognouit, se in iudicando falsum esse.

4. Ne ergo nobis ipsis unquam imponamus, nobiscum ipsi habitemus, & in nos ipsos descendamus & exploremus, quid ualeant humeri, quid didicerimus, quàm multa nos fugiant: & modestè de nobis ipsis sentientes, maiora uiribus, & captum nostrum excedentia, ne unquam temerè nobis attribuamus. Notum est illud uetus:

μη γρηθ ο υδς ην οδω.

5. In alios etiam ne simus iniurij, uel plus uel minus eis tribuèdo aut ab ijs exigendo, quàm sit par, & quàm prudens humanitas dicat & permittit.

DE METIS SCIENTIÆ

HVMANÆ.

Lectio 22.

Iunij 29.

1. EA, quæ discendo nobis innotescunt, haud dubiè minima eorū pars sunt, quæ nos fugiunt.

2. Et

2. Et uerè dicitur in ueteri uersu: *πρὸς τὴν ἀρετὴν τῆς ἐδῆς ἡμετέρας ἀπο*. Etenim, qui non quàm necessaria, utilia, salutaria & uera: sed quàm multa discant & sibi nosse uideri possint, spectant: ij inanem quandã & confusaneam doctrinam parando, in illa sua copia, ob iudicij *σφραγισμῶν*, magnam inopiam experiuntur: & *μυσοπάταιοι* fiunt, ac quod pro uerbio dici solet: Luscinie nugis insidetes, in serijs ludicrã: in ludicris seriam operãt.

3. Profuerit igitur intra studiorum sacra septa cõsistere: necessarijs uerisq; discendis sollicitè incumbere: ea quę mediocriter tenemus ad usum transferre & identidem ruminare.

4. Quum uerò doctrinæ specimina edenda sunt, primùm ne quis putet illud esse palmarium, ultra septa professionis suę salire: sed contineat se quisque in suo choro: deinde, modestè *ὡς νουχῶς* pronunciet de ijs, quæ probè & domesticè nota habet: detq; operam ut *τὰ ἀραγκῶα ἄς ἡάμισα*, ut uolebat Socrates, prosequatur: terriò, memor sic instituat orationem, ut ea cum rebus crescat: & efflorescat. Ingenij uiribus mediocribus circa initia modestè utatur, sum-
mis

mis autem ad extremum adhibitis, sed ἀσχυμόως, ideò agat, ut & certitudini patrocinetur eius doctrine, cuius promum καὶ ἰσχυρότατος agit: & audientium ingenia accendat, acuat & alat.

5. Qui in Magnatum animis erroneam opinionem & fiduciam, de sua admiranda & multiuaria eruditione ideò alere & confirmare student, ut in pretio & admiratione sint: illi uerò ad suæ ignominiae præcipitium pronò feruntur cursu: ut hæc de Magis & Rege Nebucadnezare historia pulchrè docet.

6. Et si autem nemo sibi ipsi Suffenus esse, aut propria sua uineta cædere debet: restè tamen (sententia Aristotelis) faciunt, qui nec dissimulât, quos fecerunt progressus in doctrinæ eruditæ studio: nec simulât ea se scire, quæ ne quidem primoribus labijs degustauerunt.

V E R S V S 28.29.

Profectò est Deus in cælo qui reuelat secreta, & notum fecit Regi Nebucadnezar quid futurum sit in nouissimo dierum. Somnium tuum & visio capitis tui in cubili tuo hoc est.

Tua,

174 IN DANIELEM PROPHETAM
*Tua, o Rex, cogitationes in cubili
tuo ascenderunt super cor tuum, ut
scires quid esset futurum post hac: &
qui reuelat secreta, indicauit tibi
quod futurum est.*

Dixi iam antea, in secunda Procepij
parte, agi de Somnij istius & inter-
pretationis eius causis quibusdam
& circumstantijs.

1. *Αἰτιον λύειον*, Somnij diuini & reuelationis ac expositionis eius, Deus est, qui in
cœlis sic gloriam suam relucere uult, ut ra-
men in terris rebus à se conditis adsit, &
eas tantisper donec ipsi uisum est, con-
seruet.

Eius est reuelare arcana, qui est omni-
scius: & cum quo lux manet. Iehouah au-
tem omniscius est, &c. supra uers. 22. Illius
igitur est arcana reterege.

2. Finalis causa erat, Ut quid imposse-
rum futurum esset (si inquam mundanam
administrationem & regnorum ac popu-
lorum mundi colluctationem cum Ecclesia
spectes) manifestum fieret.

Ea autem futurorum prenotio magna fa-
cienda est, quæ ab eo proficiscitur, qui om-
nia præsentia, præterita & futura in sua po-
testate

testate habet, & sapientissimè moderatùt ac determinat. In earum autem numero hæc quoq; fuit, &c.

3. Persona cui Deus secretum innotescere uoluit, erat Nebucadnezar Rex.

Etsi autem is multa tyrannicè egit, apparet tamen Deum nõ dedignatum illum somnio prophético reuocare ad sui agnitionem, ad clementiam erga Subditos & bono Principe dignas uirtutes.

4. Α'φορηή fuit seria Regis cogitatio, de rebus futuris. Apparet autem Regem minimè temulentum cubitum sese recepisse, quum *περὶ τῶν μερόντων φρονίσοντι* (ut Socratis uerbis utar) Deus dignatus sit tale Somnium, suggerere. Bono autem uiro, ut in Lælio ille ait, non minori curæ esse debet, qualis Respub. post mortem quàm qualis hodiè sit.

5. Tempus. Quum nox quieti destinata sit, consentaneum est noctu Regi somnium istud oblatum esse. *κατ' ὄναρ*. Id enim sibi uolunt hæc uerba: *visio capitis tui in cubili tuo*. Item: *Cogitationes in cubili tuo ascenderunt*.

De futurorum prænotione.

1. Futurorum, quædam nobis per prædictio-

176 IN DANIELEM PROPHETAM
dictionem Spiritus sancti, nota sunt: Vt iudicium extremum, Act. 17. 31. quædam uero ignota sunt, ut futura contingentia.

2. Futurorum, quæ tamen iam fieri cœperunt, prænotio ijs derogari non debet, qui ex causis proximis in actu positus, effectus *ἀποτέλεσμα* colligunt. Vt Medici experientes sæpè prædicunt mortem alicuius ægroti: quia eius causas & signa prognostica, quæ cæteros fugiunt, soletter præuident.

3. Futurorum autem contingentium, quæ seu annis, seu seculis aliquot postuentura sunt, prænotio nulla citra diuinam illuminationem esse potest.

4. Solus enim Deus, futura & arcana, quum interest, reteggit: quia solus eorum non tam præsciens quàm conscius & moderator omnipotens *ὁ ἀνεπίσταντος* est.

VERSUS 30.

Lectio 28.
8. Iulij die
Martyrij
Ioan. Flufci:
ante annos
168.

*Mihi autē non propter sapientiam
quæ sit in me præ omnibus uiuentibus,
secretum hoc reuelatum est, sed
ut interpretationem Regi notā facerem,
& cogitationes cordis tui cognosceres.*

Hæc

Hæc tertia Procemij pars est, ad benevolentiam captandam mirè faciens, in qua reuelationis Secreti destinata exponuntur.

Modestissimè autem profitetur Daniel, non tam sua, ut uidelicet ipse inclaresceret sapientiæ laude: quàm Regis caussa, ut ei innotesceret arcanum, illud diuinitùs esse reiectum.

Eo autem consilio ad eum modum Regi loquitur, ne arrogāter de se sentire, ne ue uelut ex alto despiciere uideretur Magos & Sapiētes Chaldæorum, qui id præstare nō potuerant, quod *σὺν θεῷ*, Daniel sese præstiturum, pollicebatur.

De eorum, qui *θεοδιδαντοι* sunt, uirtutibus.

1. *θεοδιδαντοι* sunt, & qui per homines *θενο* *λόγους* de diuinis mysterijs mediātè edocti sunt, ac per Spiritus sancti illuminationem illustrati: & qui immediātè à Spiritu Dei per reuelationem, instituti sunt.

2. Cæterùm *θεοδιδαντοι* dicuntur, & totius Religionis & arcani alicuius singularis, respectu. De his autem agere nobis iam est propositum.

3. Prima horum uirtus est, agnitio suæ ignorantiae.

4. Secunda, eiusdem ingenua confessio expers fuci.

5. Tertia uirtus est, studium illustrandæ gloriæ Dei. Quñ enim is, pro sua immensa bonitate nõ dedignetur arcana seruis suis quum interest, reterege: nihil his gloria Dei antiquius esse debet. Sciunt enim quid sibi uelit illud Prophetæ regij dictum: Non nobis Iehouah, non nobis: sed nomini tuo da gloriam, propter misericordiam, & propter ueritatem tuam, Psal. 115. 1.

6. Quarta uirtus est Modestia, non præferens sese cæteris hominibus, eruditionis laude florentibus.

7. Quinta uirtus est, Candida professio eorum quæ Deus aperire dignatus est. Si enim ἀφθονοὶ μυστῶν θύρα: id est, expertes inuidentiæ sunt Musarum ianuæ: quis dubitet de Sanctis illis Dei seruis, unctiōe diuina edoctis, affirmare, illos unicè hoc expectere ut piè docendo de multis benè mereantur.

8. Reuerentia erga superiores, sexta uirtus est. Ideo enim Daniel sibi parafactum esse mysterium fatetur, ut illud Regi indicaret.

9. Eximia autem docentis uirtus est, si in docendo non suæ gloriæ, sed institutionis auditorum, præcipuam habeat rationem.

10. De Auditorib. rectè dixit Plato: μακάρι οὐκ ἔξωμένοι τῶν ἐν τῷ σωφρονεῖν ἑσόμεθα ἰόντων λόγων. Id uerè dici potuit de Daniele & eius auditoribus.

De studio seruiendi liberali τῆ φιλομαθείᾳ Magistratus.

1. Inter alias honoris Magistratui debiti species, hæc quoque est, quæ seruit τῆ φιλομαθείᾳ eius.

2. Φιλομάθεια autem ea demum est, quæ necessaria & utilia profequitur, nõ quæ curiosa & infrugifera.

3. Felix est Magistratus, cui θεοδιδαστοίσι sunt doctrinæ promi, diuino munere concessa.

4. Infelices autem sunt ij Magistratus, qui è pumice aquam postulant: hoc est, qui ab Animale homine ea quæ Dei sunt requirunt: ut quum Hieron à Simone de descriptione Dei descriptionem petijt.

VERSUS 31. 32. 33.

*Tu, Rex, videbas, & ecce statua
quedam grandis: statua hæc quæ erat
adeò magna, & cuius gloria erat sub-
limis, stabat è regione tui, & forma
eius terribilis. Huius statuæ caput erat
ex auro optimo: pectus eius & brachia
eius argentea: venter eius & femora e-
ius ærea: Crura eius ferrea: pedes eius
partim erant ferrei, et partim fictiles.*

SOmni descriptionem hoc loco ordi-
tur Propheta. In ea autem ^{καταγραφῆς}
duo nobis notanda sunt: alterum est
Pictura Colossi stantis: alterum uerò eius-
dem ruinæ destructionis, prophetica hypo-
typosis, uerf. 34. 35.

De pictura Colossi.

1. Species. Imago statuæ humanæ Regi per quæ-
tem uisa fuit. Quod enim mundanam admi-
nistrationem, quæ homines primarios ip-
σοδίωντας habet, ea repræsentaret, hominis im-
mago, accommodata erat.

2. Materia. E' diuersis Metallis conflata uidebitur
imago, quod ut temporum, sic quoq; in-
genio.

geniorum humanorum mira uarietas, typo esset adumbranda.

3. Quantitas. *Erat excelsa & grandis.* Et si solum Dei regnū ea est magnitudine, ut nulum aliud ei possit conferri: tamen, iudicio humano, etiam terrena regna suam magnitudinem habent.

4. Qualitas. *Gloria eius erat sublimis.* Fortassis alijs hoc per ἐπιξήγησης, de magnitudine dictum uidebitur: sed quia τῆ περιδοιογία nullus hic locus est, malim ad gloriam maiestatemq; regnorum, ista uerba referre.

5. Situs. *Videbatur stare è regione, in conspectu Regis Nebucadnezaris.*

6. Forma. *Terribilis erat eius forma.* Solius enim Christi Regis mansueti, regnum amabili & serena forma est.

7. Structura. *Caput erat aureum: pectus & brachia argentea, uenter & femora eius aërea: Crura ferrea: pedes partim ferrei, partim lutei.* Hæc structuræ Imaginis illius descriptio, hoc sibi uult, & regnorum successionem esse, quæ efficiat ne ullum expers sit suæ periodi: & regna in peius ruere, sic ut antiquis recentiora nec magnitudine, nec gloria, nec legibus, nec præsidijs aut ornamenti paria sint: & deniq; mirū nō uideri debere Regnorum ortum, quod facit ut non magis coalescant

182 IN DANIELEM PROPHETAM
scant regna, quam diuersa metalla, aut etiã
ferrum & lutum.

Sæpè autem homines ingeniosi & prou-
dentes, ætates generis humani, distinxe-
runt: alij aliter. Plato secundum facultates
Animæ ætates & tempora mundi distin-
xisse perhibetur: sicut diceret primam ge-
neris humani ætatem *ἡρώωνικὴν* fuisse, inue-
nisse & excoluisse leges, bonas artes: dedi-
tam fuisse disciplinæ & exercitijs uirtutũ
secundam fuisse bellatricem, *θυροπόδην*: ac ea
uiris Heroicis ingentia bella: postremam
esse, *ἡμιθυροπόδην*, desidem, uoluptatibus ener-
uatam, imbellem: in quam ipsi incidimus.

Leclio 29.
Iulij. 9.

VERSUS 34. 35.

*Vidisti, usque dum excisus est la-
pis, qui non est in ullis manibus, &
percussit imaginem ad pedes ipsius
ferreos & luteos: adeo ut comminue-
ret eos. Tunc comminuta sunt pariter
ferrum, lutum, æs, argentum & au-
rũ: fuerũt q̄ ut gluma ex areis æstiuis,
ita abstulit ea ventus, & nullus locus
inuentus est eis: Lapis autem qui per-
cussit imaginem, effectus est mons
magnus*

magnus, adeò ut impleret totam terram.

Eleganter Colossi illius ingentis destructionem *καὶ ἀφανισμόν* per *ἰσότητιν*, describit Propheta: ut doceat, etiam summis imperijs negarum esse diu stare: & solius Iesu Christi, Regum Regis perenne regnum esse.

1. Quis Regna mundi destruet? Lapis, quem reprobauerunt ædificantes, qui tamen factus est caput anguli, Psal. 117. 22. *Hic non est in ullis manibus*: id est, diuina: non autem humana uirtute omnia aggreditur & peragit.

2. Quomodo id faciet? Ex alto pondere suo imminens, Colossum percutiet, comminet, in nihilumq; rediget, dissipabit uelut glumam: sic ut ne uestigiũ quidem eorum usq; conspiciatur.

3. Quid autem tum fiet? Lapis ille, qui statuã contriuit, mons ingens fiet, & orbem terrarum replebit. Hoc est, Christi regnum, mundi regnis ruentibus à culmine, efflorescet, longè, lateq; proferetur: sic ut per diuersitatem linguarum cunctarum Gentes in unitate fidei congregatæ, Dominum Iesum Christum regem agnoscant & celebrent.

In Naturæ & Artificum operibus, quænam
homini ingenioso sint spe-
ctanda.

1. Auctor, uel necessariò agens, ut Natura: uel uoluntariè, ut artifex. Vim autem agendi utrisq; Deus *δημιουργός* largitur.

2. Materia. Hæc multiplex est, & in quibusdam *πολύτιμη*, in alijs mediocris pretij, in nonnullis nullius propè pretij.

3. Forma, Naturalis in ijs, quæ à natura sunt producta: Artificiosa autem, in ijs, quæ artificum industria confecta sunt.

4. Quantitas, alias res magnitudo, alias mediocritas, nonnullas quod sunt parua, commendant.

5. Qualitas. In naturalibus rebus potentia naturales & *ἀδωαιμία*: in artificiosis, Felix naturæ æmulatio, manus pretium & alia considerata sunt.

6. Collatio. Naturalia Artificiosis præferuntur. Nulla enim uel ad unum (ut dici solet) depicta imago, naturæ per omnia responder.

7. Usus. Physicæ res primarium usum habent: secundarium autem res artificiosæ.

8. Conspiratio Naturæ & Artis. Hæc salutaris est homini, si Ars seruiat Naturæ, & eam

eam pro uirili imitetur: non autem eidem aduerferur, & uim eidem faciat. Sed de his haftenus.

VERSUS 36.37.38.

Hoc est somnium: interpretationē quoque eius dicemus coram Rege. Tu Rex, es Rex Regum: quia Deus Cæli regnum, potentiam & fortitudinem, & gloriam dedit tibi. Et in omni (loco) in quo habitant filij hominum, bestia agri, & volucres cæli, ea tradidit in manu tua, & dominium tuum & in omnibus ipsis: tu es caput illud aureum.

TRansitionem, à somnij recitatione, ad concinnam ueramq; eius interpretationē, uers. 36. habet. In ea autem illud accuratè à quibusdā animaduersum est, Daniele non suo solius, sed totius gēris, aut certè sodalium nomine, interpretationis Somnij prouinciam suscepisse: ut non suæ solius gloriæ & incolumitati: sed etiā consortium fidei, rationem haberet. Meminerimus autem consensum piè docentium, magnam & gratiam & existimationem habere apud cordatos homines: nec esse cur

186 IN DANIELEM PROPHE TAM
cum allegare nos unquam pudeat. Ac si
nobis negocium sit etiam cum ijs, qui alie-
ni sunt à fide Christi: rectius fecerimus si-
quidem Ecclesiæ catholicæ consensum ali-
legauerimus: quàm si, uelut ingenij osten-
tandi gratia, nostro tantùm nomine, causam
fidei nos dicere gloriemur. Vt enim
secùdum Parcemiam: Plurium calculus un-
cit: sic etiam multò maius, quàm unius ali-
cuius hominis, pondus habet.

Sequentes duo uersus, enarrationem pri-
mæ partis Somnij, de aureo capite Colossi,
complectuntur.

Propositio est. Chaldæorum & Assyrio-
rum Monarchia, si conferatur cum ijs quæ
sequentur eam, perinde eminet, ut aurum
inter omnia alia metalla.

Cæterùm κατὰ συνειδητόν, mentione Ne-
bucadnezaris facta, Monarchiarum seriem
& gloriam, subintelligit. Vocat eum Caput
aureum, respectu multorum aliorum Regū,
qui successerunt ei.

Sic autè argumentatur: Nò iniurià Regū
Rex in terris is dicitur, cui summus ille Cœ-
li terræq; Monarcha dedit regnum, potē-
tiam, fortitudinem, gloriam longè quàm
multis alijs maiorem. Tibi uerò, ô Nebu-
cadnezar ista omnia dedit Iehouah: & esse-
cit

ait ut Egyptios debellares, Syros tibi sub-
ijceres: Iudæam tributariam efficeres. Ad-
ditur amplificatio, de diuersis gentibus, de
bestijs, de uolucris. Regi subiectis. Esigi-
tur Regum Rex: sed Dei beneficio: qui so-
lus constituit regna & reges, & eadem de-
struit.

Ex hoc autem argumento liquet, Princi-
pibus uiris non solum despiciendū esse ue-
lur è sublimi dignitatis fastigio, in subie-
ctos: & auctoritatē in eos sumendā: sed etiā
suspiciendum in Dominum cœli & terræ,
omniumq; creaturarum: cui certè admi-
nistratæ Reipub. ratio, olim reddenda erit.

Prudenter itaq; Placilla Augusta marito
Theodosio magno quotidie has uoces oc-
cinuit: Mi uir, memento quis fueris? quis
sis? & quis futurus sis? Sic autem Rom. im-
perium gubernata, ut olim ei, qui tibi illud
concredidit, rationem reddere possis, &c.

Quum autem ea lege tantam maiesta-
tem & auctoritatem ac potentiam Nebu-
cadnezari tribuat Daniel: ut tamen Deo
uni, ceu largitori, acceptam ferri uellet:
manifestum est, non assentandi gratia
hæc à Daniele esse dicta. Id enim sibi uo-
luit de politicis donis loquens Propheta,
quod Apostolus noster de spiritualibus sic
extulit;

188 IN DANIELEM PROPHE TAM
extulit: Quid habes, quod non acceperis?
Quod si accepisti, cur gloriaris ut qui non
acceperis? 1. Cor. 4.7.

Lectio 30.
20. Julij.

DE STATV. ECCLESIAE ET
REIPVB. IN DIVERSIS REGIONIBVS,
*florente prima Monarchia, quæ fuit As-
syriorum & Chaldaeo-
rum.*

RECTÈ dicitur aurea Monarchia, qua du-
rante primùm Ecclesia Dei, diuinitus
collecta: Legis & Euangelij doctrina
illustrata: certa liturgia, *νομοθεσία* & governa-
tione ad officium faciendum adducta: in
certam regionem deducta: legibus, ordine,
præsidijs instructa: diu clementer confer-
uata: tandem bellis & exilio castigata est:
deinde, multa Regna, multæ Aristocratia
& Democratia institutæ sunt: ac tamen
multæ & magnæ essent generis humani
mutationes & miserie; & nõ deessent mul-
ta vitia: illas tamen clementer mitigauit
Deus: ac posterorum flagitia & facinora fe-
cerunt, ut illorum vitia penè uirtutes uide-
ri possent.

Hæc autem & Ecclesiae & Reipub. gene-
ris humani ratio fuit, tempore primæ Mo-
narchia: Vt hæc Tabella docet, quæ non
nisi

nisi insigniores res sacras & profanas continet.

Anno ab Orbe condito 1788. Nimrodus regnare cœpit apud Babylonios: de quo dicitur Gen. 10. 9. 10. Is fuit potens uenator coram Iehouah: idcirco dicitur: Sicut Nimrod potens uenator coram Iehouah. Fuitq; principium regni illius Babel, &c. Cùm patris potentia & auctoritas uilipendi cœpisset, successit Regia: armata potestate gladij: quæ amara & ingrata contumacibus & licentiosis fuit

Anno Mundi 1949. natus est Abraham: hic ætatis suæ anno 75. in terram promissam, *ἡ εὐφορία*, Deo uocante, profectus est: ætatis an. 99. Circumcisus est, ut haberet signillum iusticiæ fidei, Rom. 4. Sequenti anno, natus est illi filius secundum promissionem, Isaac. Huic sexagenario nati sunt gemelli Iacob & Esau, qui cum Auo Abrahamo uixerunt annos 15. Mortuus enim est Abraham ætatis suæ an. 175.

Anno Mundi 2239. Iacob descendit in Ægyptum, ætatis suæ 130. anno. Ipse & posterius eius in Ægypto uersati sunt annos 215.

Anno Mundi 2372. Moses natus est. Hic ætatis suæ anno 80. ex Ægypto eduxit Israë-

190 IN DANIELEM PROPHETAM
Israëlitas in Desertum, eisq; præfuit annos
40. Mortuus est Anno Mûdi 3493. Succes-
sorem habuit Iosuaam: quæ sublequuti sunt
Iudices.

Anno Mundi 2881. Regnum Israëlis cœ-
pit. Ei præfuit Saul primus Rex per annos
nouem. Successit ei Dauid Rex, uir secun-
dum cor Dei: cuius posterum regnū obtinuerunt
Iudæ, usq; ad annum Mundi 3365.

Quæ fuerit Ecclesiæ populi Israëlitici
fors illis seculis, paucis indicabimus.

Tempore Iudicum bella cum intestinis
hostibus Cananæis, & cum finitimis po-
pulis gerenda fuerunt, pro aris & focis.

Reges Israëlis priores cum Philistæis
& Moabitis, diuturna & ingētia bella gese-
serunt.

Primus hostis Sefac Ægypti Rex, regnā-
te in Iudæa Rehabeamo, Iudæam inualit
Ierosolymam occupauit, & opima spolia
auexit.

Tempore Iosaphati, Æthiopes, Moabites
& Ammonitæ, socijs armis iunctis hosti-
lem impressionem fecerunt in Iudæam
sed diuinitus repressi, cæsi & partim in Iu-
gam acti sunt.

Quum autem Syriæ & Israëlis Reges,
con-

coniunctis uirib. bellum intulissent Achas Regi Iudæ, hic implorauit opem Regis Assyriaci: & aditum ei ac illius successoribus in Israël & Iudæ & finitima regna fecit.

Vt autem à Regibus Assyriorum, regnū Samarię, abductis Israëlitis, destructum est: ita regnum Iudæ, euerſa urbe sancta, à Nebucadnezare, quoq; est abolitum.

Interea diuinitus instituta sunt Regna Ægypti, Argiuorum, Atheniensium (quod in Aristocratiam conuersum, tandem degenerauit in Democratiam) Latinorum, & multorum aliorum populorum: de quibus ueteres historię testantur.

Ex his colligimus auream fuisse Monarchiam Chaldæorum & Assyriorum, quæ coniunctim durauit circiter annos 1646.

De phraſi autem, *Tu es caput illud aureum*, istud monere libet, metonymicam esse: nō abſimilem: Petra autem erat Christus, 1. Corinth. 10. 4.

Nebucadnezar est caput aureum. In Subiecto, *κατὰ συνδοχὴν*, omnes Babylonij Reges, qui temporibus primæ Monarchiæ imperauerunt, comprehenduntur. Prædicatum autem figuratum esse nemo

192 IN DANIELEM PROPHETAM
nemo non uider. Caput aureum esse dicuntur Monarchæ illi: quòd eidem summo imperio præfuisse: & quòd illorum gubernatio, præ sequentibus aurea uideri posset.

Ita quum Christus dicitur Petra, similitudo designatur. Ut enim è petra fluxit aqua, quando Deo mandante illam Moyses scipione suo percussit: ita à Christo promanant salutare aquæ, salientes in uitã æternam, Ioan. 4. 14.

Genes. 17. 10. Circumcisio est pactum seu fœdus: id est, signum pacti seu fœderis, v. 11.

Gen. 41. 26. Septem uaccæ pulchræ, septem anni sunt: & septem spicæ pulchræ, septem itidem anni sunt. & Quis dubitet non κατὰ τὸ ἔντυον accipiendas has propositiones: sed κατὰ τὴν διάνοιαν: ut sit sententia, septem uaccæ & totidem spicæ pulchræ, annos septem, qui fertiles erunt, significare aut repræsentant?

Exod. 12. 21. Immolate Pesah: id est, transitum. Agnus Pascalis Pesah dicitur, quòd esset Sacramentum transitus.

Matth. 16. 12. Ioannes Baptista est Elias: id est, Zelo pro gloria Dei, & alijs Spiritus sancti donis, Eliæ simillimus.

Matt. 26. 26. Panis est Corpus Christi: id est,

est, Corporis Christi Sacramentum. Vinum Domini est Sanguis Christi: id est, Sacramentum Sanguinis Christi. Porro, Sacramentum est uisibile signum, rei inuisibilis, &c.

Ioan. 10. 9. Ego sum ostiū, per me si quis introierit, seruabitur. Figuratè dictum est: Solus Christus nos in Ecclesiam & cœleste regnum introducit.

Ioan. 15. 1. Ego sum uitis illa uera, & Pater meus agricola est. 5. Ego sum uitis, uos palmites.

Denique Christus dicitur, Sol, uia, Leo de tribu Iuda, Agnus Dei & alias aliud, sed metonymicè: propter similitudinem aliquam.

Hæc idè dixi ut uideatis, uerbum substantiuum Sum, in prædicationibus Sacramentalibus, non simpliciter, sed figuratè sumi.

Ἀπορία.

Quomodo sapenmerò tempore primi illius Imperij, duriter tractata & concussa sit Dei Ecclesia, quare illud Aurei capitis elogio ornauit Spiritus sanctus?

Λύσις.

Omnia imperia mundi ἐξομικτα fuerunt & sunt: si ea in seipsis consideres. Primum

π

tamen

194 IN DANIELEM PROPHE TAM
tamen plus habuit auri, quàm sequentia:
quia minus diuturnæ fuerunt Ecclesiæ &
piorum calamitates: & Deus Israël's Eccle-
siam instruxit & ornauit ingēti gloria, pul-
cherrimo cultissimoq; hospicio in Palesti-
na: Νομοθεσίαι: ordine, præsijs: gubernato-
res, doctores: concessit hælcedonia sapē
& diu: etsi hæc quoq; nonnunquam fuerūt
interpolata, propter populi peccata.

Lectio 31.
Iulij 12.

DE ÆSTIMATIONE BO-
NORVM ET MALORVM, ^{QVB}
prima Monarchia durante, con-
specta fuerunt.

QVomodo illa æstimanda sint, tum
demū à nobis colligi poterit, si quid
priuatim Ecclesiæ, & quid ^{propter hanc}
mano generi præstiterit, perpenderit.
Ecclesiæ hæc præstitit.

1. Abrahamum & eius posteros sancti-
ficauit de mūdo: scedere sibi iunxit: eiusq;
signum esse uoluit Circumcisionem.
2. Mirabiliter auxit & multiplicauit Ec-
clesiam Israël's: eduxit eam non sine pro-
digijs ex Ægypto: traduxit per mare rub-
rum: pavit in deserto ^{καὶ ἐν ὁροπέποισι, an-}
nos 40. traduxit per Iordanem in terram ^{Can-}

Canaan: tradidit Decalogum & leges ceremoniales: instituit & conseruauit politiam Israël: Promissionem gratiæ & exhibitionis Messiaë, sæpè repetiuit: Reges, Iudices, Prophetas dedit: mala publica & priuata sæpè mitigauit: nec passus est omnino exstringi doctrinæ lucem, etsi ea aliàs illustrior fuit, aliàs autem obscurior.

3. Castigauit etiam eam, Iudicijs magnis, mediocribus & paruis: quod ei ferula paterna nunquam nõ opus esse, intelligeret: ut quæ iuuençę indomitæ instar sæpius lasciuens, *σφοδραχῆν*, imò etiam iugum excutere conaretur.

Generi autem humano hæc præstitit

1. Fecit ex uno sanguine omne genus hominum, ut inhabitarent per uniuersam superficiem terræ, definitis temporum opportunitatibus quæ præstituit, & positis terminis habitationis eorum, Act. 17. 26.

2. Non passus est se esse expertem testimoniij, dum nobis benefecit dans cœlitus pluias ac tempora fructifera, implens cibo & læticia corda nostra, Act. 14. 17.

3. Auctor fuit & cõseruator Ordinis Politici, in Regnis, Aristocratij & Democratijs; & Coniugalis Ordinis, qui in bona par

196 IN DANIELEM PROPHETAM
te generis humani locum habuit, et si non
deessent corruptelæ Polygamia & aliæ.

4. Legibus honestis, & utilibus Acti-
bus, successibus honestorum consiliorum
& actionum, benedixit hominum generi.

5. Delicta turbantia tranquillitatem ho-
minum ultus est, Diluuijs, terræmotibus,
bellis, pestilentia, fame & multis alijs mo-
dis: & modestis hominibus ^{ἀνθρώποις} aliquam
cōcessit. Hæc paucis de primâ Monarchiâ
dicere uisum est.

VERSUS 39.

*Et post te surget aliud regnum mi-
nus te: & Regnum tertium aliud a-
reum, quod dominabitur uniuersæ
terræ.*

IN hoc 39. uersu, Propheta noster breui-
ter duo Imperia Mundi Persicū & Græ-
cum, breuiter describit.

De Persico Imperio.

Conferenda nobis sunt uaticinia & som-
nium hoc regium, cum historia: & isthæc
quæ subiungam annotanda.

1. Successio. Babylonicæ Monarchiæ,
quum illa cum multis magnis sceleribus,
tum præcipuè sæuitia & inhumanitate ex-
ga Ec

ga Ecclesiam, pœnas & fatalem periodum
sibi accelerauisset: successit Persarum im-
perium: de quo prædictum fuit diuina uo-
ce: Filia Babel uastata, beatus qui retribuet
tibi retributionem tuam quam retribuisti
nobis. Beatus qui apprehendet & allidet
paruulos tuos ad petram, Psal. 137. 8. 9.

2. Tempus. Anno Mundi conditi 3434:
ante Christum natum 537. expugnata Ba-
bylone: & interfecto Baltasare Nebucad-
nezaris nepote: ad Persas & Medos trās-
ta est Monarchia: quæ durauit annos 207.

3. Imago. Repræsentata est hæc Monar-
chia, pectore argenteo, & duobus brachijs
argenteis, quæ Gentium duarum Persarum
inquam Medorumq; typi erant. Ut autem
uilius argentum est auro: sic Persarum im-
perium, cum Babylonico collatum, uilius
uideri potuit.

4. Comparatio primæ & secundæ Mo-
narchiæ: Surget, inquit Daniel, aliud re-
gnum minus te, seu humilius tuo. Senten-
tia est, Mandrabuli more res succedent, &
sequentia imperia multò durius tractabūt
Ecclesiam, quam primum illud. Itaq; mino-
ra aut humiliora dicuntur, non respectu po-
tæterij & finium: sed ratione studij erga Ec-
clesiam. Ea demum regna magna dici de-
bent,

198 IN DANIELEM PROPHE TAM
bent, quæ hospitia præbent Ecclesie, tuentur & fouent sacra agmina piè docentium & discencium: etiam si finibus angustis sint definita: & econtrà, etiam amplissima regna, è quibus Christus cum sua sponsa Ecclesia exultat, parua & humilia cenferi debent: quò præcipuo præsidio & ornamento destituantur. Id eò notandum est hoc loco: quia constat Persarum imperium maximum fuisse, & complexum multas florentissimas Gentes: ut uel ex lib. Esther cap. 1. uers. 1. liquet. Ahasuerus regnabat ab India usque ad Æthiopiam super centum viginti septem prouincias. Sed ultra 207. annos non durauit: itaq; etiam diuturnitate nequaquam paria fecit cum Babylo- nico & Assyriaco imperio.

Quo loco fuerint res Ecclesie, vigente Persico imperio.

Id uerò optimè colligi potest, tū ex graduū, seu Ascensionum Psalmis, tum etiā ex historia illorum temporum.

Ex Graduum Psalmis liquet, nec simul à Babylone omnes Iudæos in patriā rediisse: nec defuisse Sycophantas in Aula Persica, qui reditum Iudæorum remorarentur. nec etiam uicinos Samaritanos (ut est in- uidus

vidus vicini oculus) reducibus parū fuisse infestos. Magnas etiam longinqui itineris molestias, & ingentia pericula fuisse: Urbis sanctæ, ac in primis templi lentam fuisse instaurationem: Iudæorum etiam magnam partem, diu reditum in patriam dilulisse.

Haggæus autem, Iudæos reduces iusto Dei iudicio maledictos fuisse ostēdit: quòd priuata publicis: sua commoda cultui diuino, ædes suas Templo, longo tempore prætulissent.

Sed enim operæpretium fuerit, ex eius temporis Historia, flosculos quosdam decerpere, ut res illustretur.

Monarchiæ Persicæ annus primus incidit in annum Mundi 3434. ut supra docui.

Primus Monarcha fuit Darius Medus, qui etsi Danielem diligeret: tamen ab Aureolis suis circumuentus, eundem in lacum Leonum deturbari passus est. Diuinitus tamen Daniele conseruato, gloria eius & Ecclesiæ illustrior fuit.

Successit Dario Medo Cyrus Persa. Is anno primo imperij sui, Iudæis copiā redeūdi in patriā fecit: & partem Vasorū Templi restituit, 2. Par. 36. 1. Esr. 1. Eodē anno Danieli arcanum de LXX. Hebdomadis est pa-

200 IN DANIELEM PROPHETAM
refectum, Dan. 9. Altare Hierosolymis ex-
structum: & Festum Tabernaculorum ce-
lebratum, 1. Es. 3. factis autem fundamen-
tis Templi secundi: exædificatio impedi-
ta fuit, reliquis Cyri & Cambylis annis.

Darij Hystaspis F. anno 2. quū Haggæus
& Zacharias prophetare cœpissent, Tem-
plum secundum ædificari cœptum fuit. Ac
Darius edicto suo repressit Samaritanos
& alios hostes Iudæorum, eosq; iussit his
adiumēto esse in Templo ædificando. Sæ-
pè autem etiam hostes piorum, præter suã
voluntatem pijs seruire necesse est.

Imperante Artaxerxe Longimano, se-
cunda Iudæorum è Babylone in patriam
migratio peracta est: duce Esdra Sacerdo-
te, qui dicitur fuisse Scriba uelox in Lege
Domini. Floruit autem eodem tempore
Malachias Propheta. Nehemias autem
edoctus de uastitate urbis sanctæ impe-
trato comœatu, redit in patriam, muros
ædificat urbis Ierosolymæ: Politiam rectè
instituit: uicinis terrorem incutit: unà cū
Esdra alienigenas uxores summouet è cō-
tabernio populi Dei.

Fuerunt autem alcedonia in Iudæa, sub
aliquot sequentibus Regibus Persarū. Sed
Ochus, opera Vagosius Ducis, annuas pen-
siones

siones templo ademit: quas munificentia
Cyri & Artoxerxis Longimani eidem de-
stinauerat. Exegit & tributa: & familias a-
liquot deportauit in Hircaniam ad Caspiū
mare. Præbuerant autem hisce calamitati-
bus occasionem ambitiosi Sacerdotes Iu-
dæorum: quorum unus Ioannes, fratrem
Iesum, sacerdotium affectantem, in ipso
Templo occidit. Item: gubernatores *πρωτο-
νομοι*: Ciues multis peccatis polluti, de
quibus dixi in enarratione Haggæi & Ma-
lachiaë.

Fuit igitur Ecclesiæ fors, imperantibus
Persis, aliàs tristis, aliàs nonnihil læta: ut fe-
rè humanæ res habere solent. Ne igitur no-
bis, qui in effœtam & deliram Mundi sene-
ctam incidimus, mira uideatur rerum no-
strarum *ἀνθρωπίνης* seu temperamētum. In ad-
uersis spe mirigationis malorū, erigamus
animos nostros: in secundis, consideratio-
ne inconstantiaë rerum humanarum, secu-
ritatem & ferociam retundamus: & e-
leuantes capita nostra exspecte-
mus redemptionem:

quæ iam instat,

Amen,

202 IN DANIELEM PROPHETAM
DE TERTIA MONAR-
CHIA.

Lectio 32.
73. Julij.

*Et regnum tertium aliud aeneum,
quod dominabitur in tota terra.*

IN Monarchia Alexandri magni, & eius
Successorum, hæc nobis perpendenda
sunt.

1. Ordo. Fuit Imperium, quod deusculo
Dario ultimo Persarum Rege, magnus A-
lexander instituit, ordine tertium.

2. Tempus. Alexander magnus, quum
duobus ingentibus prælijs ad Granicum
flumē, & ad Issum, uicisset Darij exercitus,
tertio prælio ad Arbela uictor, interfecto
Dario à Besso Bactrianorum præfecto, Mo-
narchiam Persarum ad Græcos transtulit,
Asiæ potitus imperio: id autem factum est
anno ab Orbe condito 3641. Ante Christū
in Carne exhibitum 330. Durauit autē hoc
Imperium, dissectum tamen in regna pri-
maria, usq; ad Iulij Cæsaris Monarchiam,
annos 282.

3. Imago. Confertur hoc imperium æ-
reo uentri & femori. Ut enim æs uilius est
argento: sic imperium hoc uilius erat futu-
rum Persico imperio. Quid Mundo eue-
niat, uel ex hac imagine colligere prom-
ptum

prum est. Mundo τὸ πᾶσι ἀλλάσσον: quia igitur illi iucunda est rerum commutatio & vicissitudo, aërea, quod dici solet, aureis (cum Glaucō illo) permutat: & omnia in peius ruere & retrò sublapsa referri suo malo experitur.

4. Amplitudo. Regnum æneum dominabitur in tota terra. Complexa est Monarchia Alexandri, Asiam maiorem & minorem: in Africa, Ægyptum: in Europa, Græciam, Macedoniam, Insulas multas: idē dicitur *dominari in tota terra*: id est, in cultissimis Orbis habitati partibus: non quidem omnibus, sed tamen plurimis.

5. Usus huius loci. Etsi genus humanū, in eo est totum (si quidem saniozem eius partem spectes) ut nascentibus Reipub. malis obster: ut iam natis medeatur: ut uel aegro corpori medicam adhibeat manus: ut fulciat uelut à culmine collabētes res: tamē, propter peccata hominū, in dies in peius pleraq; ruunt, regna mutantur & destruuntur: distrahuntur animi Principū & aliorum Magistratum. Videmus quondam pulcherrimum & florentissimū Hungarię regnum, ab immanissimis Mahometistis, iam maxima ex parte occupatum & uastatum. De cæteris regnis, quid attinet
 multa

204. IN DANIELEM PROPHETAM
multa dicere, quum illa nobis nunquam
non in memoriam reuocent illud uetus:

—nam cætera regna

Luxuries, odijs, vitijsq; superbia vertit?
Illud autem nobis solatio sit, quòd nihil
ominus Filium Dei in medijs istis pertur-
bationibus, uoce Euangelij, Ecclesiam æ-
ternam sibi de Mundo sanctificare, uide-
mus: & quòd nos ad æternæ uitæ consue-
tudinem beatissimam inuitari: & spem ple-
næ redemptionis nobis fieri, intelligimus.
Lætetur igitur quòd nobis licebit terre-
na cælestibus, plumbea aureis permuta-
re: & obfirmemus animos nostros aduer-
sus scandala & alia *μορμολύκεια*, quæ non lem-
lesta erunt: persuasum habentes id quòd
uersiculi isti monent:

In terris labor est: requies sed dulcis in vrna:

In summo venient gaudia summa die.

*Sed quo loco fuerunt res Ecclesie, temporibus
Monarchiæ Græcorum?*

Constat Ecclesiam ea etate, censu popu-
li Iudaici, & paucorum profelytorum ex
Gentibus, qui amplexi erant populi Dei
fidem, nobis esse definiendam. Quæ autem
eius fors fuerit, ex ijs quæ subijciam colli-
gi potest.

Ale.

Alexander magnus, Tyrū obsidens, quū frustra Iudæis *ἑμμάχια* imperasset: ijs iratus, cum exercitu in Iudæam mouit. Occurrit autem illi Iaddua Pontifex, eumque placauit oratione modesta & officiosa. Alexander sacrificijs Deo Israël oblati, inde discessit. Tranquilla itaque tum mansit Iudæa.

Paulò antè hæc tempora Iadduæ frater Manasses, ob uxorem alienigenam à Nehemia Duce pulsus, Templum in monte Garizin exstruxit, & auctor fuit schismatis in populo reduce.

Ptolemæus Lagi F. rex Ægypti, Hierosolymam expugnauit, sed fraude: quum Dux esset Abner Semei, Ioseph. ἀρχαίων. 12. c. 1.

Ptolemæus Philadelphus, Rex Ægypti, studio augendæ Bibliothecæ Alexandrinæ (quæ τῆς ψυχῆς ἱερῆον dicta fuit) opera i x x, quos Eleazar summus Sacerdos miserat, Legis Hebræorum libros in Græcum sermonem traduci curauit: ac de Gēte Iudæa benè mereri studuit.

Eodem tempore Seleucus Syriæ Rex, in urbibus recens à se exstructis, Iudæis ius ciuium concessit.

Dux Ioseph Iunior, in pretio fuit apud Ptolomæum Evergeten: eoque gubernate po-

206 IN DANIELEM PROPHE TAM
te populum Dei, Iesus Syrach Ecclesiasti-
cum scripsit.

Ptolomæus Philopator, osor Iudæorū,
Ierolymā cœpit, Templum profanauit,
60000. Iudæorum occidit: ut habetur in 3.
libro Machabæorum.

Irritatus Oniæ summi Sacerdotis, qui
Tributum Regi dandum negauerat: placari
se passus est à Duce Iosepho. Iosephus
ἀρχαιονογ. 12. c. 4.

Sub Ptolomæo Epiphane, à Samaritanis
uicinis Iudæi maximis iniurijs affecti sunt:
ut uidelicet afflictis non deessent domesti-
ci hostes.

Interfecto ab Antiocho Epiphane, Duce
Ianna secūdo qui ultimus Dux fuit ex po-
steritate Regis Davidis: Sacerdotes à Re-
gibus Syriacis constituti sunt. Horum pri-
mus fuit patriæ ἀνάσσωρ, Iason, qui Ethnici-
mum in urbem sanctam, Gymnasio institu-
to, introduxit: Secundus fuit Menelaus.
Cæterum quæ, tum temporis & sequenti-
bus annis à Regibus Syriæ, ab Arabibus, à
Romanis & à domesticis hostibus, mala
populo Dei illata sint: petere licebit ex li-
bris Machabæorū, ex Iosepho, & ex Pauli
Eberi libello historico, de Populi Iudaici
reditu è Babylone, & eiusdem rebus gestis
&

& calamitatibus, quas sustinuit, usq; ad ultimi urbis Ierusalem excidij tempora.

Tristissimum fuisse populi Iudaici statum *ἐπιπλάσθη*, argumento sunt tot hostes domestici & intestini: tot Apostatae, tot Tyranni: quorum tamē impios conatus elusit Deus: mirabiliter conseruando semen sanctum, inter medios hostes.

VERSUS 40.

Lectio 33.

26. Augusti.

Deniq; regnum quartum erit durum ut ferrum: quandoquidem ferrum comminuit & debilitat omnia: etiam sicut ferrum quod confringit omnia ista, comminuet & confringet.

Quarta Monarchia Mundi his uerbis describitur. Fuit illa Romanorum, quorum saeuitiam non modò populus Iudaicus longo tempore sensit: sed etiã seculis multis Christiana Ecclesia experta fuit.

Nos, ut sententia illustretur, primùm Allegoriã breuiter exponemus: deinde, Historiam de Romanorum erga Iudeos & Ecclesiam saeuitia, *ὡς ἐπ' ἰσραὴλ*, subiungemus: si prius Syllogismum, summam totius negotij complectentem, præmiserimus.

Rectè

208 IN DANIELEM PROPHETAM
Rectè ferreum uocatur illud imperium
mundi, cuius magna & diuturna fuit sæui-
tia & crudelitas erga Dei Populū: & quod
multa regna deleuit.

Romani autem imperij erga Iudaicum
populum & Christianam Ecclesiam, maxi-
ma fuit inhumanitas & asperitas: & ab eo
multa Regna destructa sunt.

Quare rectè durum, & chalybi omnia
conterenti & comminuenti simillimum,
habetur.

Allegoriæ capita.

Allegoriæ hæc sunt præcipua capita.

1. Ordo. Quartum erit hoc Imperium,
tanta auctoritate & potentia, ut cætera in-
feriora regna, in illud respicere, & illud ue-
reri, necesse habeant.

2. Species. Regnum uocatur, sed *λατ'ε*
ξοχλῶ: non quòd inferioribus regnis par-
sed quòd *αὐτοκρατορικόν* esset futurum. Do-
nec Consules Reipub. Romanæ præfue-
runt: unum tamen fuit Reipub. corpus,
quod sibi sumpsit auctoritatem in subie-
ctos. Postea uerò quam Monarchia à C. Iu-
lio Cæsare introducta est, *ἡς τοῖσιν* esse
cœpit.

3. Qualitas. Erit durum ut ferrum, seu
ut Chalybs. Id uerò intelligatur de poten-
tia,

tia, quæ fuit crudelitatis in subiectos admi-
niftra. Et fi autem & superiores Monarchiæ
exercuerunt sæuitiam erga Dei populum:
minor tamen ea fuit quam Romanorum,
de qua paulò pòft dicerur.

4. Vis iftius monarchiæ. Non folùm Ec-
clefiàm uehementer premet & perfeque-
tur: fed etiam regna, gentes, urbes in ferui-
tutem rediget, fibiq; fubijciet: eò quod à
Romanis elle factum, res ipfa teftatur.

Historia.

Libet in gratiam Hiftoriæ studioforum,
tantùm fuma narrationum, de Romano-
rum erga Iudæos & Chriftianos sæuitia, ca-
pita percenfere.

Anno Mundi 3830. Ionathas fummus Sa-
cerdos & Dux Iudæorum, fœdus cum Ro-
manis olim iktum, magno cū fumptu, nul-
lo autem cum fructu, renouauit. Vt autem
olea quercui infta strangulatur & moritur:
ita populo Iudaico, tandem feruitutem ac-
cerfuit hæc coniunctio cum Romanis, qui
alios ui, alios amicitie prætextu tandem in
feruitutem redegerunt: nec cõtra Syriacos
Reges, hoftes implacabiles, Iudæis fup-
petuas tulerunt.

Anno Mundi 3908. Quñ Aretas Rex A-
rabum Hierofolymam obfideret: Arilobur-
lus

210 IN DANIELEM PROPHETAM
lus Pompeium, uite aurea dono missa, in-
uitavit in Iudæam. Pompeius Scauro cum
copijs misso, Aretam è Iudæa submovit. Se-
quente Anno Pompeius, Hierosolyma, po-
ticus, ingreditur sanctum sanctorum, Hira
no attribuit summum Sacerdotium, Tem-
plum spoliat, Iudæam in provinciæ formâ
redigit *ἀποροῦν* tum religionis & eius exer-
citorum concessa.

Anno Mundi 3919. Crassus templum spo-
liat, sublatis ex eo sexaginta tonnis auri (ut
quidam colligunt) ac eodem anno sacrile-
gij pœnas dat, interfectus à Parthis.

Quanta porro Romanorum erga Christi
Ecclesiam tyrannis & immanitas fuerit, ce-
latur historia persecutionû, de qua alias
dicetur.

V E R S V S 41. 42. 43

*Quod autem vidisti pedes & digi-
tos partim ex luto, & partim ex ferro,
regna diversa erunt (seu regnum di-
x. sumerit) in quibus de firmitate fer-
ri futurum est: quandoquidem vidisti
ferrum mixtum cum luto cœnoso.*

*Et digiti pedû partim sunt ex fer-
ro & partim ex luto: quia ex parte re-
gnabunt*

gnum futurum est durum, & ex parte futurum est fragile.

Quod verò vidisti ferrum mixtū luto cænoſo, commiſcebuntur quidem inter ſe ſemine humano, ſed non cohererunt aliud cum alio: perinde ac ferrū non heret commixtum cū luto.

SCio ego nonnullos, quartum hoc regnum interpretari de Aſiæ minoris, Syriæ & Ægypti regnis & regibus, quibus ſæpenumerò Iudæa prædæ loco expoſita fuit: ut ex hiſtorijs liquet: quia tamen Daniel de ijs imperijs loquitur, quibus negotium fuit cū Dei populo (in cuius cælu, nequaquã Iudaicus populus ſolus haberi poteſt) malo de Romano imperio, illud interpretari. Neq; uerò ſecus hoc ſomniū interpretandū arbitror, quã τὰ ἀμυροβύςα interpretanda ſunt. In his autem theſeos principalis & finis præcipua habetur ratio. Itaq; & de his nunc quoq; agemus: ſed breuiter.

1. Romanum imperium partim ferreū & durum fuit: quia Regna, urbes, populos uictorice dextra deuicit: partim luteum: quia bellis ciuilibus & externis, non rarò peſſime affectum, ſenſit quã ſit fragilis omniū hominum potentia.

212 IN DANIELEM PROPHETAM
 2. Mixture autem humani seminis, periti-
 de, uelut συγκεχυτῶν coaluit, per connubia,
 ἀμύησιαν, fœdera: ut tamen non magis dura-
 bilis & firma esset coniunctio, quam si let-
 esse ferri lutiq; Historica testimonia utrius-
 que consultò prætermitto: quia de his aliàs
 dicendum est.

Leclio 34.
 27. Augu-
 sti.

VERSUS 44.

*Temporibus autem Regum istorū,
 suscitabit Deus cœli Regnum, quod in
 secula non destruetur: & regnum i-
 psūm Populo alieno non relinquetur:
 comminuturum & consumpturum o-
 mnia illa regna, ipsum autem statu-
 rum in secula.*

IN hoc Oraculo agitur de Ecclesia, quæ
 est spirituale regnū Christi, quod is Ice-
 ptro uerbi sui regit. Quæ nobis in ea sint
 obseruanda, Danielis ordinem sequentes,
 indicabimus.

1. Quando colligetur Ecclesia? Regum istorū
 temporibus. Non autem hoc uult Prophe-
 ta, & ante initium Monarchiarum quatuor,
 & post inclinationem quartæ, nec collec-
 tū esse per Verbi & Sacramentorum ministre-
 rium Ecclesiam, nec colligendam: sed ostendit.

dit, etiam immanem illam sæuitiam istorū Imperiorum, non fore impedimento, quominus colligatur Ecclesia: quæ ut scite dicit Augustinus, est uelut lilium inter spinas. Regnat enim Christus in medio inimicorum suorum.

Thesis. Mundi *θυμομαχία* & persecutio quam erga Ecclesiam mouet, huius collectionem non remoratur.

2. *Αἴτιον κυρίου* istius regni est Deus Cæli. Esti autem idem auctor & conseruator est ciuilibus ordinis: quia tamen hunc, Ecclesiæ causa, ut ne ei desint hospitia, conseruat: dicitur suscitare regnum spirituale. Emphasis autē est in suscitādi uerbo. Etenim à paruis & humilibus iniitijs, & intermedia impedimenta, Regnum Christi ortum ducit, & miranda sortitur incrementa: ut in illius infirmitate propitia Dei uirtus tantò magis elucescat: ut parabola de grano sinapis monet, Matth. 13. 31. 32.

Thesis. Non hominū ministerio, sed gratiæ & uirtuti diuinæ, potissimū accepta ferri debet Ecclesiæ collectio.

3. Forma gubernationis Ecclesiæ, *βασιλική*, seu regia est. Ideò Ecclesia uocatur Regnū. Eius Monarcha Christus Iesus est: Scepterū, Verbum Dei: Subditi, fideles omnes.

214 IN DANIELEM PROPHETAM
Thesis. Quum Princeps Ecclesiæ Christi
sit, non decet Ministros *ἐπίσκοποι*
1. Pet. 5. 3.

4. Propria istius regni duo percēsentur.
Alterū est, quòd ἀφ' ἁπλῶν est, & proinde spi-
rituale: Alterum, quòd non erit in eo locus
profanis populis. Constat enim uera Dei
Ecclesia nō nisi sanctificatis de hoc mūdo.

Thesis. Quū Regis gloria, in Subiectōrū
salute & incolumitate luceat, nō est cur Ec-
clesiā, etiāsi ἀπορῶσθ' illi cū Mundo & Sata-
nā πόνεμι est, uinci & deleri posse putem.

Thesis. Etsi in militantis Ecclesiæ agro
zizania non desunt, tamen illa nō coalescūt
cū Ecclesia, & suo tempore segregabūtur.

5. Antithesis Imperiorum Mūdi & Regni
Christi, cuius duo membra sunt, alterum de
effectu: alterum uerò de duratiōe.

Regnum Christi, etiāsi horribiliter &
tractetur, à terrenis regnis concutiatur &
bit & comminuet.

Thesis. Ecclesia, per Christum, fide uin-
cit mundum.

Regna terrena omnia suas habent perio-
dos: at Christi regnū in his terris inchoa-
tum, durabit in sempiternum.

Thesis. Non idē est fatum Ecclesię & Re-
gnorum

gnorū terrenorū. Illa enim in spirituali uita
maximè florebit: hæc aut tantisper donec ui
ta animalis durabit, suis temporib. exoriū
tur, florēt & marcescūt, instar Rosæ aut lilij.

V E R S V S 45.

Leclio 35.

28. Augusti

*Quandoquidem vidisti è mōte ex
scindi lapidē, qui nō est in ullis mani
bus, & comminuerē, ferrū, as, lutum,
argentum, & aurum. Deus maximus
notum facit Regi id quod futurum est
posthac: ac verū quidem est somnium,
& fidelis interpretatio eius.*

DVæ sunt uersus istius partes. Prior de
Regno gloriæ Iesu Christi Domini no
stri. Posterior est Epilogus interpre
tationis. Somnij Prophetici: in quo de caus
lis tā somnij quā interpretationis illi, agit.

In Regno gloriæ quæ sunt obseruanda?

1. Vnde eius Monarcha sit uēturus. E' mō
te: id est, cœlitūs, ut multi pij interpretātur.
Similis propè loquendi formula est in Psal.
121. 1. Attollo oculos meos ad montes, un
de ueniet auxiliū mihi, 2. Auxiliū meum à
Iehouah, qui fecit cœlum & terram.

Thesis. Secundus homo est Dominus è
cælo, 1. Cor. 15. 47. Ut autē eternus ille & uer
sæppor Sermo, à Patre cœlitūs missus, in uir
ginis

216 IN DANIELEM PROPHETAM
ginis Mariæ utero assumpsit humanam natura: sic idem *θεάνθρωπος* & Mundi iudex, & cœlo descendet ad iudicium, Act. 1.

2. Quomodo aduenturus sit. *Απρόδοκῶντος*, atq; id sibi uult excisionis uox. Notum est illud Pauli: Ipsi autem penitens scitis diem illum Domini, ut furem in nocte, ita uenturum esse. Quum enim dicent Pax & tuta omnia: tunc repentinum eis imminet exitiū: sicut partus dolor mulieri uterum ferentis nec effugient, 1. Thes. 5. 2. 3.

Thesis. Quum ex improviso Christus sit uenturus, danda nobis opera est ut uigilemus, sobrii simus & oremus, &c.

3. Quis sit futurus Monarcha ille. Iesus Christus Rex regū, qui hic *Lapis* uocatur. Appellationis autem ratio nobis est petenda ex his dictis.

Ita. 8. 14. Iehouah erit in palatium, & in lapidem offensionis, & in petram ruinae duabus domibus Israël.

Luc. 20. 17. Quem lapidē reprobauerunt ædificantes, is factus est caput anguli: Omnis qui ceciderit super illum lapidem, conuassabitur: super quem autem ceciderit, dissipabit eum.

Eph. 2. 20. 21. Superstruētī super fundamētum Prophetarū & Apostolorū, imo angulari

gulari (*ἀπογωνισίον* uocat Paulus) ipso Iesu Christo: in quo totū ædificium congruenter coagmentatum crescit in tēplum sanctum Domino.

1. Pet. 2. 6. Ecce pono in Sion lapidem in imo ponendum angulo, electum, pretiosum: cui qui credit, non pudebit.

Thesis. Ut Christus lapis angularis infideles, in se impingentes, conterit: sic fideles, erigit, facitq; ut sint spiritualis domus Dei uiui lapides, 1. Pet. 2. 5.

4. Quæ sit futura administrationis illius ratio. Nō erit in ullis manibus: hoc est, nō hominum ministerio, aut præsidio, uteretur: sed omnipotente sua uirtute omnia peraget.

Nunc Magistratuum opera, tanquā succuriatorum, utitur Deus, ut custodiat leges, ordinem, disciplinam & tranquillitatem humani generis: sed in regno gloriæ erit Deus omnia in omnibus, 1. Cor. 15.

Thesis. Interest inter gubernationē hominum, tantisper donec animalē uitam uiuant: & inter gubernationē beatorum, in illa æternitate & uita spirituali. Illa enim Dei quidem nutu, hominum autem ad eā delectorum ministerio peragitur: hæc autē immediatè, non nisi à Deo, administrabitur.

5. Quod sit finē impositurus administra-

218 IN DANIELEM PROPHETAM
tioni mundanæ. Ut enim ingens ille lapis,
construit Colossi ferrum, lutum, æs, argen-
tum & aurum: Sic Christus ad iudicium ve-
niens, finem imponet omnibus formis ci-
uilibus gubernationis.

Thesis. Ut cætera humana, ita & politica
transibunt: manete & magis magisque Chri-
sti regno efflorescente.

In Epilogo quæ sunt obseruanda.

Circumstantiæ principales totius negocii.
1. Quis? Deus maximus. Sic cum debito
elogio ornat Daniel, ut solū verum Deum,
optimum maximūq; , opponat & præferat
omnibus cōmentitijs Chaldæorū numinibus.

2. Quid? Notum fecit quid post hæc futu-
rū sit. Quum Deus solus, futurorū sit con-
sciens, solus ea multò ante quàm eueniant,
prænunciare potest.

3. Cui? Regi Nebucadnezari. Hac circum-
stantia innuit quantū Deo arcanū retegēt,
Rex debeat: & quantò sit illo inferior tum
potentia tum cognitione rerum arcanarū.

4. Quomodo? Sic ut & somnij concinna
esset allegoria, & interpretatio esset certa
neraq;.

Lectio 36.
29. Aug.

VERSUS 46.

*Tunc Rex Nebucadnezar procide-
bat in*

bat in faciem suã, vt Danielem adoraret: & munere ac odoribus gratis edicebat libari ei.

Hypothesis. Rex Ethnicus, sapietie admiratione motus, diuinos honores Danieli & ipsemet detulit, & ab alijs præstari, uoluit.

Porphyrus, negans uerisimile esse, quòd tantus Monarcha exuli & captiuo tantum honorem detulerit, totum Danielis librũ reijcit. Quasi uerò sapientiæ documenta, ut maximè ab afflictis sint edita, admirationi non possint esse etiã summis Principibus?

Erat peruulgata Ethnicorũ opinio, Deos interdum hominibus assimilos, descendere è coelis in terras, Act. 14. 11. Itaq; cõsentaneum est Regem, ignarum ueri Dei, diuina illa sapientia percussum, Danielem, homine superiorem, ac proinde diuino cultu dignum, censuisse.

Diuinum autè honorè Danieli delatum fuisse, ex enumeratione specierum liquet.

1. Nõ solum *prostrationis*, seu genum flexio: sed etiam totius corporis prostratio. Dicitur enim in faciem prolapsus Rex.

2. Adoratio. Vt eũ adoraret. Quo consilio Rex eo gestu prosternendi sit usus, hæc uerba docet. Vt enim ad eum preces funderet, tanquam

220 IN DANIELEM PROPHETAM
tanquam ad Deum, procidit. Scio interdū
adorationem nihil aliud esse quàm *προσκύνησις*
αίαρ, seu genuum flexionem. Sed quum ge-
stus mentio expressè facta sit: non est cur pu-
temus, per inanem *παιδολογία*, eandem hoc
loco adorationis uoce quoq; designatam.

3. Oblatio, seu sacrificium. Constat nō ni-
si ijs, qui Deorum loco habebantur, sacrifici-
cia oblata fuisse. Ideò Lybanus Porphyriū
refutaturus, non rectè ista ad cultum ciuile,
qui defertur homini, retulit.

4. Suffimentum.

Thesis. Ignari ueræ religionis, uel con-
temnunt Dei seruos, uel hyperbolicè co-
lunt.

Nebucadnezar, Danielem numinis cu-
iusdam instar, sibi colendum, perperâ per-
suasit: de cuius capite iam antea temerariâ
tulerat sententiam.

Lystrenses illi Lycaones, Barnabæ uelut
Ioui: & Paulo, tâquam Mercurio, sacrificia-
re uoluerunt: nec multò post uoluntate mu-
tata, pro seductorib. habitos, lapidare sunt
aggressi, Act. 14.

Melitenses, Paulum à uipera morsum, i-
nitio ut facinorosum detestati sunt: eundē
ubi nihil mali sensisse uident, Deum esse cla-
mitant, Act. 28.

Quid autem factu opus est, quando ciuiles honores, ^{καὶ ἄλλοις} alicui deferuntur?

Non sunt temerè admittendi, quum diu-
turni nõ sint, nec periculis careat. Itaq; repe-
tenda sunt exempla tum aliorũ, tum uerò
Theopompi & Agesilai: quorũ ille Pylijs,
summos honores decreto publico tribuẽ-
tibus, respõdit: Mediocres honores ipsum
tempus auget, immodicos abolet: hic autẽ,
Thasij ob merita in se collata, templa & di-
uinos honores illi decernentes, interroga-
uit: Nunquid uestra patria potestatem ha-
bet, ex hominibus faciendi Deos. Annuen-
tibus legatis, subiunxit hoc responsũ: A-
gedum primũ uos ipsos Deos facite: id si
præstiteritis, tum demũ uobis credã, quòd
me quoq; Deum facere poteritis. Idẽ sanẽ
& ijs dici posset, qui quoscũq; liber canoni-
zando, in Diuorum catalogum referre, &
obtrudere consueuerunt: quũ interim ipsi
Curios simulantes, bacchanalia uiuant.

VERSUS 47.

*Deinde respondens Rex Danieli di-
xit: Ex veritate est quod Deus uester
est Deus Deorũ & Dominus Regum,*

EX hac Regis Nebucadnezaris response liquet, Daniele m serio Regē admonuisse, non sibi, sed Deo arcanorū promo & condo, honorem diuinum esse deferendum. Syllogismo autem sententia response sic potest perstringi.

Is solus & unus Deus uerus & summus est, qui omnium arcanorū conscius, ea quæ uult innotescere, Seruorum suorum præconio, etiam Regibus, annunciat.

Uester autem Deus, istud præstat: quod certè nostra, Ethnicorum inquam, numina, nullo modo præstare possunt.

Quare Deus populi Iudaici solus & uerus, ille Deorū Deus & Dominus Regū est.

Complectitur autem hæc Responso, Confessionem Nebucadnezaris, de Deo Israelis, cuius hæc Capita sunt.

1. Κατ' ἐναντιον, uocat eū Deum Deorū, hoc est, eius modi Deū cui nemo alius auctoritate, sapiētia, potētia, bonitate comparari possit. Sed illud merito desideratur in hac descriptione, quod non agnoscit tale Monarchā Deum, cui nulli minorum gentium Dij essent, tanquā succenturiati, adiungēdi.

2. Κατὰ πρός τι, Vocat eū Dominū Regum. Hac

Hac in parte prudēter facit, quòd superiorē agnoscit Dominum. Constat enim multos Principēs adeò infatuatos fuisse, ut se Deos haberi, & diuinos honores sibi præstari uellent: ut testantur exempla Alexandri magni, Cai Caligulæ & aliorum.

3. Beneficium diuinum, quod idem bonitatis & sapientiæ testimoniū erat, celebrat, uidelicet reuelationem arcanorum.

Enim uerò summè bonum & summè sapientē eum esse necesse est, qui & arcanorū omnium cōsciū est, & ea quæ homines scire interest, opera & uoce seruorum suorum patefacit.

Sed hæc præstat Deus Israëlitis: quem tu Daniel colis.

Fatendum igitur est illum summè tum bonum tum sapientem esse.

VERSUS 48

Tunc Rex Danielē magnificauit, & dona amplissima multa dedit ei, dominatorēq; constituit eū in tota prouincia Babylonia, & præfectum Antistitū super omnes sapientes Babylonia.

Prodest in conspectu habere illustria exempla, de exaltatione Seruorū Dēi, quæ Dei nutu, hominum autem ministerio,

224 IN DANIELEM PROPHETAM
sterio, mirando modo peragitur.

De Iosepho dicitur. Misit ante eos uirū,
in seruum uenditus est Ioseph. Astrinxerūt
compedibus pedes eius: ferrum uenit in a-
nimam eius. Usque ad tempus quo uenit
uerbum eius, & sermo Iehouę probarer eū.
Misit Rex & soluit eum: Dominator popu-
lorum, & liberauit eum. Constituit eū do-
minum super domum suam: & domina-
torem in cunctas facultates suas. Ad uin-
scens suos doceret sapientiam, Psal. 104.

Et hoc loco, Dei uoluntate, Regis autem
Nebucadnezaris opera, Daniel opibus, au-
toritate & potentia, auctus dicitur.

Certum autem est à Dei Seruis, bona cō-
scientia ea recipi & admitti posse, quæ ob
uirtutē & merita, summus Magistratus, iu-
re optimo, in eos conferre potest.

Talia autem sunt illa omnia, quæ in Da-
nielem Rex contulisse dicitur. Nā si causas
spectes, nihil in illis meritò culpari potuit.

1. Αἰτιον ἕρριον erat Deus, in cuius manu
Regum corda sunt.

2. Σωτήρ fuit Rex Nebucadnezar, qui po-
terat exaltare uirū eximia uirtute & sapien-
tia florentem.

3. Προηγουμένη fuit, uera de sapientib. aman-
dis, sententia.

4. πῶ.

4. Προκαταρκτικὴ fuit, admiratio specimī-
nis sapientiæ, quod Daniel recens edide-
rat. Vt sæpe specimina doctrinæ & egregiā
καταρθέματα, aditum ad honores faciunt.

5. Formæ erant, opum & honorum col-
latio. Sunt enim opes rerum gerendarum,
quasi quidam nerui, & instrumenta. Digni-
tas autem muneris, ingens decus affert.
Videtur autem Daniel, non solum politi-
co munere, quum Babylonicæ provinciæ
præsidem ageret, defunctus: sed etiam
Consiliariorum sapientiæ laude clarorum
προποσώτων fuisse. Hæc rerum conuersio, &
Danielis exaltatio, & Dei gloriæ, & Eccle-
siæ, quæ in exilio uersabatur consolationi,
plurimum seruebat.

6. Finis proximus, ut uirtuti & sapien-
tiæ Danielis, debitus honos, præstaretur.
Rectè autem censuit Antisthenes, Respub.
tum interire, quando nullus in ijs bonorū
& malorum delectus est.

Quare nihil dubium est, Daniele**m** bo-
na conscientia, istis donis & honoribus,
quæ diuinitus, sed tamen Regis ministe-
rio, offerebantur, locum dare potuisse:

nec in eo, quod illa omnia asper-
natus non est, pec-
cauisse.

Deniq; Daniele petente à Rege, constituit super negocium prouincie Babylonie Sadrachum, Mesachum & Abednegonem. Daniel verò præerat portæ Regis.

Multæ & præclaræ uirtutes Danielis, lucent in hac quanquam breui historia.

Primum Charitas, quòd sodales sibi numerum & honorum ciuiliu consortes, esse uoluit: multum sanè ijs dissimilis, qui modo ipsi floreat satis esse putant: de alijs nimè solliciti.

Deinde prudentia. Neque enim periculosos, Sinonio artificio adhibito: sed Rege exorato & assentiente, duxit exaltandos. Animaduertebat etiam, interesse Reipub. ut, cui muneris unus aliquis ritè præesse non posset: id plures, sed ^{omnibus} ministrarèt. Imitatus uidetur Daniel Moyses, qui soceri Iethronis consilium sequutus, iudices plures, sed spectatissimæ integritatis & prudentiæ, Israëlitis præfecit, Exod. 18.

Tertiò fides. Præfectus prætorio & summus admisionalis quum esset, à regia porta, in

ta, in qua iudicia exercebantur, nunquam discedebat.

Quid hoc loco discendum censes?

1. Esse hominum uirtute & dignitatum illustrium, fauoris radijs pios illustrare, ne neglecti sordescant per omnem uitam.

2. Prudentiæ esse, bonos euehere, sed legitime: ut publicis muneribus legitime uocati lectiq; cum laude & bono publico præfiant: nec *παρὰ τὸν νόμον* dici possint.

3. Fidei esse id unum, quod uocationis cuiusq; *ἐπιτροπὴ* est, studiosè administrare: & spartam, quam est nactus, gnauiter exornare.

Liber autem coronidis uice addere uerbus Philippi Melanchthonis, de Colosso Monarchias Mundi repræsentante:

*Aspicias ut iaceant disiecti membra Colossi,
Quem Rex Chaldæa uidit in arce senex.*

*Stat tantum pars ima pedum ferroq; lutoq;
Mixta, statim rimis corruitura suis.*

*Mixta, statim rimis corruitura suis,
Deleuere urbes Turci, populosq; potentes,*

*Nec gens imperium seuior ulla tenet.
Sunt igitur Turci magnæ pars ferrea plantæ,*

*Et stant infirmum cætera regna lutum.
Sed lapis absq; manu celso de monte reuulsus,
Mox adert iudex Filius ipse Dei.*

228 IN DANIELEM PROPHEȚAM
 Totius & plantæ delens ferrumq; lutumq;
 Regna dabit populo non peritura suo.
 Ergo Dei gnato se dedant pectora nostra,
 Ipsius & discant iura verenda sequi.
 Ο' Δόξε gnate Dei nostris in mentibus adsit,
 Et flatu accendas pectora nostra tuo.

Lectio 37.
 9. Septemb.

IN CAPVT III.
 DANIELIS TA'

πεντηόβητα.



OCENDI gratia duo Capita
 tractabimus, quantū quidem
 dabit Dominus, Theſim pri-
 mō, de ueræ & falſæ Religio-
 nis exploratione: ac deinde
 ἱστορικῆν historicam, de Chaldæorum super-
 ſtitione, & Sociorum Danielis uera Reli-
 gione, & utriusque documentis. Spero e-
 nim futurum ut ex utriusque accurata con-
 ſideratione, redeat ad nos ampliffimus de-
 ſtrinæ & conſolationis fructus. Dominum
 Ieſum oro ut nos doceat & ducat in ueri-
 tatis uia: ne uſquam extra eius ſepta e-
 uagantes, aberremus
 à uero.

DE VERÆ ET FALSÆ RELIGIONIS exploratione.

Aphorismus 1. de Efficiente principe.

Inter cetera Dei mirabilia & terribilia opera, Religionis & Religiosorum exploratio est.

Deum ipsum auctorem esse istius explorationis & censuræ, hic Aphorismus, docet. Eius enim est censoriam uirgulam de Religione sibi sumere, qui solus auctor est ueræ Religionis: à qua quicquid est alienum, id omne meritò execrabile nobis esse deber.

Mirabile autem hoc Dei opus est: quia dum Seruos suos in periculum uitæ & gloriæ adducit, eos mirando modo uiuificat & glorificat.

Terribile autem idem opus est: quia dū Idololatrias tradit in reprobam mentem, sicut cupiditatibus suis inseruiētes, dedecus & exitium sibiipsis accersant.

Aphorismus 2. de Efficientibus instrumentalibus.

Vtitur autem Deus ministerio hominū tam bonorum, quàm malorum, ad explorandam veram & falsam Religionem.

Bona Dei organa sunt fideles, qui corde credunt ad iusticiam, & ore confitentur ad salutem: parati etiam sanguine suo Deo testimonium perhibere.

Mala autem eiusdem instrumenta sunt, infideles homines omnium ætatum & ordinum, qui religiones inflectunt ad arbitria potentum, & horum iram aduersus fideles accendunt & acuunt.

Aphorismus 3. de finalibus causis.

Proximi fines explorationis huius sunt, salus & gloria fidelium: exitium & confusio infidelium: Vltimus autem finis, Sanctificatio diuini nominis, per assertionem veræ religionis.

Aphorismus 4. de Materia.

Idolorum ad cultum prostitutio, rituum Ethnici & superstitionum multiplices formæ, noua dogmata xxi. è re godid' axaxia. isti explorationi occasionem subministrare consueuerunt.

Horum cõmemorable exemplum, extat in historia Constantij Chlorig, Cæsaris, quã cap. ii. lib. i. de uita Constantini Magni Eusebius, memoriæ prodidit.

Apho

Aphorismus 5. de forma.

Quemadmodum infideles, non verentur mutare gloriam incorruptibilis Dei in efformatam imaginem hominis mortalis, & volucrum, & quadrupedum & reptilium, Rom. 1. 23. & hypocritæ in Religione instabiles ἄμορον ὁμοί, nunc hæc, nunc illa dogmata, amplectuntur, ac cōfusions & exitij instas pœnas subeunt: Sic fideles Deum in Spiritu & veritate colunt, gloriã eius nulli creaturæ tribuunt: ἀσφαλοῦσαν sanã doctrinã cōstanter retinent, ac vitæ anteponunt suæ: & vel morte suâ, vel vita Deum glorificantes, experiuntur illud diuinum: Honorãtes me honorabo, & contemnentes me, contemnentur, 1. Sam. 2. 30.

De Hypothesi.

Vt Hypothesis illustretur, & historiæ istius series declaretur, tria ordinè perpendenda subijcimus Antecedentia, Acta Comitiorum ob Religionis negocium à Rege Nebucadnezare celebratorum: Euentum.

De ijs quæ præcesserunt.

Duo præcesserunt Cōuentum, ἑδονοπονία, seu

232 IN DANIELEM PROPHE TAM
seu Idoli aurei efformatio: & Regis editū,
de Subditis omnium gentium & ordinum
conuocandis ad dedicationem Idoli.

Cæterum hoc loco illud accuratè obser-
uandū est, Nebucadnezarem, qui tot Gen-
tibus imperaret, ut earum consociationi
& tranquillitati cōsuleret, unam Religio-
nem, quam ipse ueram & sanctam esse iudi-
cabat, omnibus commendare uoluisset. So-
let enim Religionum diuersitas, uehemen-
ter offendere & exulcerare dissidentium
animos. Ideò sæpè gubernatores iudicā-
runt, alijs omnibus Religionū formis abro-
gatis, unam esse retinendam & obseruan-
dam. Noti sunt uersus Prudentij:

*Iussum est Cesaris ore Gallieni
Quod princeps colit, ut colamus omnes.
Aeternum colo Principem, dierum
Factorem, dominumq; Gallieni.*

De ijs quæ in Conuentu acta sunt.

1. Præconium de cultu Idoli: & prom-
pta Idololatrarum obedientia.
2. Accusatio Iudæorum, ob diuersam
Religionem ab ea, quam Chaldæi profite-
bantur: & cultum idolo denegatum.
3. Regis exhortatio ad Idolatriam: Mar-
tyrum Confessio,

4. Sen-

4. Sententia Capitis de Martyribus la-
 tar: eius executio: Interitus Carnificū: Con-
 seruatio Martyrum.

5. Regis *μὲν τὰ νομίζοντα*: edictum de uero Deo.

De ijs quæ consequuta sunt.

Gloria Seruorum Dei & ignominia Ido-
 lolarrarum.

De his ordinè, quantū dabit Deus, agã.

C A P V T I I I .

VERSUS 1.

Lectio 38.

10. Septemb.

NEbucadnezar Rex facta imagine
 aurea, altitudine cubitorū sexa-
 ginta, latitudine cubitorum sex,
 erexit eam in conualle Duræ in pro-
 uincia Babylonica.



RIA hoc loco obseruanda
 sunt. 1. Quo auctore. 2. Quid
 3. Quo loco ad cultū sit pro-
 stitutum.

1. De Auctore.

Testatur Propheta Regis mandatu, Ido-
 lum effictum fuisse. De tempore quo id fa-
 ctū fuit, certò liquet, ex uers. 12. huius Ca-
 pitis. Nam actores Regis exasperandi erga

234 IN DANIELEM PROPHETAM
Iudæos gratia, illud affirmant, eos etiam
abhorrere à cultu Statuæ, quos ipse maxi-
mis honoribus & beneficijs affectos, pro-
uinciæ Babylonicae præfecisset. Id autem
factum esse, posteaquam Daniel Somnium
de Colosso interpretatus esset, ex fine cap.
2. colligi potest.

II. De idolo.

Si spectes, Materiam, aureum: si formã,
Statuam seu imaginem: si, quantitatem, co-
cubitorum altitudinem, 6. cubitorum lati-
tudinem, eius fuisse, ait. Neque uerò hic cu-
riose quærere liber, ex solidone auro con-
flata fuerit, an uerò bracteis & laminis au-
ri undiquaque uestita & ornata: quum hoc
scire nõ admodum interfit. Illud satis fue-
rit in transcurso annotare, magna idola, ma-
gnæ & impiæ stulticiæ documenta esse.

III. De loco.

In Babylonicae prouinciæ conualle, cui
nomẽ fuit Dura, prostitutum fuit hoc Ido-
lum. Sunt qui loci mentionem fieri putet,
his Ptolomæi uerbis: Supra Cissiam Chal-
tapitis, Interquam & Cissiam campus
est Decra. Geographiæ libro 6.
cap. 3. de Susiana.

Quænam

Quæ nam nobis hoc loco obseruanda censes?

i. Quum summi homines, non minus quàm inferiores, ad idololatriam propensi sint, si non regantur diuino spiritu: non esse cur illorum auctoritas, nobis fucum faciat, & religionis regula esse uideatur.

ii. Mundi ingenium eiusmodi esse, ut prodigiosa liberalitate, supersticiosos cultus promouere: auaritia autem & subtractione adminiculorû huius uitæ, Dei cultum sincerum abolere, cupiat.

iii. Quum idololatræ certatim in hoc incumbant, ut adulterij spiritualis, seu idolatriæ sordibus & spurcitie omnia loca repleant: multò magis cordi esse debere pijs Dei cultoribus ut in quouis loco puras manus attollant absque ira & disceptatione, 1. Tim. 2. 8.

iiii. Pijs dandam esse operam, ut pro modulo facultatum suarum, cultus diuini adminicula, diuinitus præscripta, adiuuet: nec sint Idololatriæ inferiores benefacienti studio.

v. Principum quidem esse propriam religionis cultusq; diuini procurationem: sed iuxta Dei præscriptum, non sua ipsorum, aut aliorum hominum placita.

VERSUS 2.

Deinde Nebucadnezar Rex misit qui congregarent Satrapas, Antistites, & Duces, Senatores, Praefectos thesauris, Legisperitos, Exaectores, omnesq; dominatores prouinciarum: ut venirent ad dedicationem Imaginis, quam erexerat Nebucadnezar Rex.

HÆc est altera τῆς βασιλευσίνης pars, quæ hoc sibi uult, auctoritate regia omnium ordinum Magistratus, qui Regi parebant, conuocatos, ut præsentia sua dedicationem Imaginis cohonestarent, & consensum de religione profiterentur.

1. Quis iudicauit istos conuocandos? Rex Nebucadnezar.

Thesis. Si Reges terreni, ius conuocandi succenturiatos Magistratus, sibi meritoris esse, Dei, qui Regum rex est, & cui omnium reddenda ratio erit, mandatis promptè obedire.

2. Quos cōgregari uoluit? Eos, qui magistratu fungebantur in diuersis regni amplissimi prouincijs.

Thesis. Præclarè quidem fit, quando omnium

mnium ordinū gubernatores, ad religionis negocia ritè tractanda, conveniunt, & consultant: sed tum maximè pij in discrimen adducuntur, quando Principes idololatræ & eorū Satellites coëunt, ut suam idolomaniã confirmet & constabillant.

3. Quo consilio? Ut dedicationi Imaginis interessent, cultumque eius suo probarent exemplo.

Thesis. Commenticię religiones & cultus idolorum, non nisi humano suffragio & patrocinio, nituntur. Historia de Tiberio petente ut in numerum cæterorū Deorum, etiam Iesus Christus, à Senatu Romanum, reciperetur: apud Eusebium & Tertulianum, Cap. 5. Apologetici.

Quid autem hoc loco observandum esse existimas?

1. Reipublicæ & Religionis statum, in Babylonico imperio. Si enim illius *ἰνδία* spectes, Toti imperio unus Monarcha Nebucadnezar præerat: ei mutuas operas tradebant bellicæ & rogatæ fortitudinis laudes florentes homines: quorum alij consilij, alij manu, alij conquisitione necessariorum sumptuum, Regi serviebant. Sed si consideres Religionis *ἰνδία*, nihil præter hor-

238 IN DANIELEM PROPHE TAM
horrendam idolomaniam, cōfusiones dogmatū, superstitiones deniq; deprehēdes in toto illo regno. Quum enim filijs huius seculi, terrena magis cordi sint, quàm cœlestia, de illis ritè instituendis, & ad usum transferendis maximè sunt solliciti.

11. Rectè dictum ab Augustino: Ecclesia est uelut lilium inter spinas. Seruauit enim Deus, inter Idololatrias Babylonios, semē sanctum & reliquias fidelium Iudæorum: Ut ex hac & alijs narrationibus liquet. Idē Dominus etiā nos seruabit, in medio nationis prauæ & tortuosæ.

Lectio 39.
11. Sept.

VERSUS 3.

Tunc congregati satrapæ, antistites, & duces, senatores, thesauris prefecti, legisperiti, exactores, omnesq; dominatores prouinciarum, ad dedicationem imaginis, quam erexerat Nebucadnezar Rex: stabant coram imagine quam erexerat Nebucadnezar.

1. **Q**uum filij huius seculi, tanto studio coire soleant, quum commentitiæ Religiones & earū exercitia, introducenda & exercenda uidentur: multò certè magis fideles, ueræ Religionis afferendæ

tendæ & exercendæ caussa, conuenire, preces, consilia & manus iungere, æquum est. Non enim in his minus ardens esse debet studium boni: quàm sit in illis, mali.

2. Ac si proceres regnorum terrenorum, Regum suorum uoluntatibus, morem gerendum esse putant: quantò magis Regi cœli & terræ, nobis obtemperandum fuerit: qui nõ nisi sancta & salutaria nobis præcipit: quum illi nimis sæpè iniusta & noxia & a uera Religione aliena, flagitent.

3. Illud autem detestabile flagitiũ fuit, omnibus illis proceribus commune, quòd nemo illorum pium ne esset quod Rex mouebatur, an uerò impium, uel cogitasse uideatur. Ita autem ingenium est istorum hominum, in maximis rebus securi sunt, in minimis anxie solliciti. Si de sua gloria agendum fuisset, quas non mouissent tragedias? At quum de numinis cultu ageretur, Regis præiudicio contenti fuerunt. Sed ita solent agere qui Dei ueritatem mutarunt in mendacium, & coluerunt ac seruiuerunt rebus creatis, præterito Creatore, qui

est Deus benedictus in secula, Amen. Rom.

1. uers. 25.

VERSUS 4.5.6.

Et præco proclamavit strenuè: Vobis edicitur, o populi, nationes & lingua: quo tempore audietis sonum cornu, fistula, citharæ, sambuca, psalteriorum, symphonie, & omnium generum Musices: prociditote, & adorate imaginem auream quam erexit Nebucadnezar Rex. Nam is qui nõ procciderit & adorauerit, eadẽ hora proijcietur in mediam fornacẽ ignis accensam.

IN hac Oratione obseruanda sunt hæc capita.

1. Orator. Regius uidelicet præco, qui magna uocis contentione, eos qui aderant, est allocutus. Nunquam autem desunt Idololatri, qui linguas eis uendunt, & mercenario præconio, pro tuenda idolomania, defunguntur.

2. Thesis orationis. Vult Nebucadnezar Rex, ut omnes illius Subditi, eandem quam ipse religionem amplectantur & profiteantur: ac consensus de Religione testificandi gratia, cultum diuinum deferant auri reæ imagini.

3. Nat-

3. Narratio de Circumstantijs exercitij religiosi. Meminit autem temporis, multico concentu indicandi: & gestuum, videlicet ut prostrati idolum adorarent.

4. Confirmatio. Hæc constat duobus Argumentis, quorum primum ducitur ab honesto: alterum à periculo.

Honestum est obedire Principum edictis. At Rex præcipit, ut auream istam statuam adoretis cernui. Itaque actutum eam colite.

Capitis periculum nemini sano adeundum est. Atqui Rex ignis supplicio affici curabit eos, qui recusabunt adorare statuam.

Hoc loco discere licebit, quæ sint falsæ Religionis, & eius exercitiorum reuera ficulnea præsidia & fulcra.

1. Regum præiudicia & exempla, ad quæ rotus cõponitur orbis. Atqui nõ quid mortali Principi sit uisum: sed quid immortalis ille Deus, qui solus sapiens est, testatus sit uerum & sanctum esse, id demũ nobis omnibus probari debebat.

11. Multitudo errantium, quæ, ut rectè beatus Hieronymus dixit, errori non parit patrocinium. Et tamen nimis multis in ore est absurdum illud dictum: Malo cum

242 IN DANIELEM PROPHETAM
multis & magni nominis hominibus errare, quàm cum paucis non nihil sapere. Placeat enim illis Pythagoræ symbolum: *Extra publicam viam ne deslectas.*

III. Idolorum materia magni pretij: elegantia: ceremoniæ, concentus Musicus: & *μυῖαυ φαντασία*, qua mirificè delectantur homines carnales.

IIII. Edicta de Religionè, in quibus hoc attenditur, Sint'ne iusta, an uerò iniusta? sed, Sint'ne à Principe profecta: seruiant'ne emerendæ illius gratiæ & beneuolentiæ?

V. Metus, quem minæ, de supplicijs, de exilio, de proscriptione, de fortunis aut honoribus adimendis, acuerè & fouere solent.

VI. Facilitas. Vr enim arduum & difficile quiddam est, Deo rationalem cultum sincerè & constanter præstare: sic facillimum est labijs Deum colere, ceremonijs defungi, quæ aliquam *ὀρχήμοουσίου* habere uidentur.

Leclio 46.
Sept. 13.

VERSUS 7.

Propterea eodem tempore quum astirent omnes populi sonum cornu, fistula, cithara, sambuca, psalteriorum, om-

omniumq; generum Musices: procidentēs omnes populi, nationes & lingua, adorârunt imaginē auream quā erexerat Nebucadnezar Rex.

Q Vale sit ingenium eorum hominū, qui Dei ueritatem mutârunt in mendacium, & præterito Creatore, nō solum Creaturas, sed etiā efformatas imagines, colū: ex hac historia colligere promptum est.

1. Facile ad uanissimam idololatriam exercendam & constabiliendam, syncretismo coalescunt: quum alioquin ut ingenijs, patria & linguis: ita quoque consilijs studijsq; plurimū dissideant.

2. Delectantur Musica harmonia in ceremoniaro suo cultu, & hunc sibi quoque uoluptati esse: tædiumq; & laborem religiosi cultus, quo defungūtur, non nihil minuire, uolunt.

3. Non uerentur, per nefarium sacrilegium, gloriam incorruptibilis Dei in efformatam imaginem mortalis hominis mutare: & summum illum adorationis cultū, eidem deferre & præstare.

4. Nititur autem uana illorum, de Dijs & eorum ueneratione, opinio, humana au-

244 IN DANIELEM PROPHETAM
toritate: cuius fulgor idololatrarum oculos perstringit. Satis erat Babylonij istis, quòd Rex idolum istud prostituendū curauisset: ut uidelicet diuini honores ei præstarentur.

5. Mentem autem omnis iudicij experientem, produnt Idololatræ, quando gestibus & uoce cordium Vanitatem produnt, dum rebus inanimatis & brutis, ipsi homines, honorem summum præstant.

VERSUS 8.

Eodem tēpore appropinquantes uiri Chaldaei, accusauerunt Iudeos.

6. Solent etiam Idololatræ uatiniario odio prosequi, eos, qui uerè Religioni sunt addicti, & abhorrent à superstitiosis & impijs ritibus: ut omnium temporum historiarum & quotidiana experiētia abundè ostendunt. Ut enim res peregrina & molesta illis est, quum uident pios non cōcurrere ad eandem luxus profusionem: sic planè intolerabile illis est, quum à sua religione illos abhorre, uident.

7. Odium autē tum maximè declarant, quando Regum & Magistratum animos, suis calumnijs & delationibus inflammant & exasperant, contra Ecclesiam: aut quosdam

dam fideles doctores aut etiam horum auidiores. Quam uirulentæ fuerunt calumniæ aduersariorum nostrorum, de noua doctrina, de *ἀναρχία*, de uagis libidinibus, quibus sese nostri polluerent, &c.

8. Neque uerò illis satis est, unum aut alterum fidelem, in capitis adduxisse discrimen: de rota Ecclesia extirpanda & delenda, consilia agitant. Ideò Chaldæi isti, Iudæos sibi accusandos censuerunt. Et in Estheræ libro memoriæ proditum est, Hamanum hoc egisse, ut tota gens Iudaica deleteretur.

9. Sæpè autem uidere est id quod ueritas dixit: Nomen, pro crimine habetur. Ut sæpè Iudæi nomen capitale olim fuit: sic postea nomen Christiani capitale esse cœpit.

Meminerimus autem hæc dici ad nostræ admonitionem, ne uidelicet induciarum tempore uerba nobis ab Idololatriis dari patiamur. Solent enim illi scenæ seruire, & quum Ecclesiæ alcedonia concedi uident, sese reprimere & interdum beneuolentiam aliquam præ se ferre: sed quum primum sæuiendi ansam sibi oblatam uident, luporum more gregem Dominicum inuadunt, lacerant & dissipant.

Quid hoc loco pie menti censes esse ob-
seruandum?

1. Dei summam bonitatem, qua fit, ut etiam improbi homines, malè agentes, eius instrumenta sint, quibus ipse benè utitur, ad seruos suos explorandos. Et tamen non ideò excusari possunt improbi, quòd Deus benè eis utitur: non enim ^{in nece peccati} Deo seruire: sed suæ libidini morem gere-re student.

2. Iustum Dei iudicium erga eosdem. Tradit enim eos in mentem omnis iudicij expertem, & cupiditatibus cordium ipsorum ad impuritatem, ut compensationem quam oportet erroris sui in sese recipiant, Rom. 1. 24. 27. 28.

3. Idololatriam calumniosam & sanguinariam esse, & cum omni genere scelerum coniunctam: nam ut error errorem comitem secum trahit: ita idolorum cultus scelerum lernam coniunctam habet. Qui enim, quantum quidem in ipsis est, Deo gloriam suam per nefandam sacrilegium eripere, non uerentur: ij uerè lupi sunt erga eos homines, quos à se de Religione dissentire, uident.

VERSUS 9.10.11.12.

Lectio 41.

14. Sept.

Et proloquentes dixerunt Nebucadnezari Regi: O Rex, in secula vive. Tu Rex proposuisti edictum, ut quisquis audiret sonum cornu, fistulae, citharae, sambuca, psalteriorum, & symphoniae, omniumque generum Musicarum: procidens adoraret imaginem auream: is autem qui non procidens adoraret, projiceretur in mediam fornacem ignis ardentem. Sunt viri Iudei, quos praefecisti negotio provinciae Babyloniae, Sadrach, Mesach & Abednego: viri isti non habuerunt tui, o Rex, rationem: Deos tuos non colunt, & imaginem auream quam erexisti, non adorant.

Iniriò, Syllogismo actionis istius summam perstringemus: deinde uerò partes orationis prosequemur.

Ex legum praescripto agendum est, cum reis laesae maiestatis & cõtempторibus Religionis, quã Rex & Subiecti profitentur.

Sadrach, Mesach & Abednego rei sunt laesae maiestatis, & contemnunt Religionem nostram,

248 IN DANIELEM PROPHETAM
Merentur igitur ignis supplicium: ut ex-
pressa Lex monet.

Partes Orationis Iudicialis.

1. Exordium. O Rex, in secula viue. Euphe-
mismo de lōgeua uita, quam Regibus cor-
di esse intelligebant, beneuolentiam sibi
conciliant isti Sycophantæ. Quod etiam
Regem dicerent, se fideles subiectos habe-
ri uolebant, & dignos quorum orationi fi-
dem adhiberet.

Etsi autem multi quærunt faciem domi-
nantis: tamē, à Iehouah proficiscitur iudi-
cium uniuscuiusq; Prou. 29. 26.

2. Propositio, crudelem sententiam de
supplicio ignis complectitur, & subintel-
ligenda est.

Sadrach, Mesach & Abednego digni
sunt, qui ob Religionis & Principis cōtem-
ptum, flammis absumantur.

Hinc colligi potest, quoniam crudeles i-
sti Idololatræ respexerint. Quos malæ ad-
ministratæ Reipub. reos arcessere non po-
terant, eos falso hæreseos alligant: ut quo-
que modo & quacunque tandem de caus-
sa, eos perdendos & è medio tollendos,
curarent.

3. Narratio de Edicto regio. Neque hic
quæ

quæritur, iustum ne fuerit illud editum? sed & regium esse, & promulgatum illud esse, affirmatur.

Quum regium esse, Gnathones crudelissimi, aiunt, summam & irrefragabilem eius auctoritatem se agnoscere testantur. Ita ingenium est istorum hominum, fingunt molestiam pro iure: quando legibus iniquissimis auctoritatem addunt, Psalm. 94. 20. Intra cap. 6. simile exemplum de Aulicis, Danielis osoribus extat.

Quando autem promulgatum fuisse aiunt, non posse ignorantiam à quoque prætendi, innuunt.

Comminationis autem ideò mentionē faciunt, ut tantò minus transgressoribus ignoscendum esse, aut pœnam mitigandam, ostenderent.

Quis autem hoc Sinonium artificium non miretur, quo factum est ut lex iniqua crudelitatis exercendæ materiam subministraret: & omnis ignorantia non affectatæ ansa, reis præcideretur: omnis denique ignoscendi miseris causa auferretur?

4. Κατηγορία, & eius tum cõfirmatio tum amplificatio.

Quicumque non colunt Principis sui Deos, eius non habent iustam rationem:

250 IN DANIELEM PROPHETAM
ac iurè habentur & *ἀδύοι* & rei læsæ maiestatis.

Sadrach, Mesach & Abednego, Deos tuos non colunt.

Hanc Minorem primùm amplificans commemorato Regis beneficio (quos præfecisti negotio provincie Babylonice) ut eos ceu ingratos, *ἀγρὰ πρὸς αὐτὸν* causa, Regi exosos redderent. Est etiam *ὀχρῆσις*, quum odiosè dicunt: *Sunt viri iudei*: quid istos exules, nequaquam ceu præsules Religionis, Chaldæi ferre deberent: deinde eam probant: *imaginem auream quam erexit, nequaquam adorant*: & hoc pacto se deos tuos nullo honore dignari, testantur.

Quare sunt *ἀδύοι* & rei læsæ maiestatis: Et per Consequens:

Ignis supplicio, ex legis tuæ præscripto sunt affiendi.

Lectio 42.
23. Sept.

IAm uerò, ut ad Thesim accedamus, propositum nobis est indicare, quomodo sanguinarij Idololatæ, dum Pios, Deos cultores traducunt, & in discrimen adducere conantur, suam ipsorum causam, & stutè agant. Eadem enim fidelia duos partietes dealbare nituntur, dum aliorum contumacia

tumaciam & de religione diffensionē exagitando, eos in offensam summorū hominum adducere: suam autem obedientiam & de religione cōsensum uenditando, gratiam illorum inire, conantur.

1. Solent ^{ἡγορήθῃ}, eos, qui legibus de Religione latis obtemperant, dignos esse præmijs: contra, immorigeros pœnis, quas leges sanciant, esse afficiendos. Speciosa autem est hæc Orci galea, hic prætextus. Sed quis ambigat, leges de Religione à Magistratu profano latis, nobis esse expēndendas, sicut piæ & iustæ ne sint, an uerò non, manifestum fiat? Non enim iustum & sanctum haberi debet, nisi quod uoluntati diuinæ consentaneum est.

2. Si quos animaduertant ab errantium multitudine dissentire, & à uulgaribus religionis ceremonijs abstinere & abhorrere: eos tanquam contemptores legum & religionis, calumniosè traducunt apud Principes & Magistratus erroribus fascinos: & quod dici consuevit, ignem gladio scalpunt.

3. Interea autem Sinonia ^{ὑποταγή} adhibita, suam erga Reges, erga Leges & religionem obseruantiam & studium idè uenditant, ut gratiam magnatum ineant,
& co.

252 IN DANIELEM PROPHETAM
& eorum fauore, tanquam secundo uentis
sublati, emergant: illis uidelicet oppressis,
qui antea ipsorum luminibus officere ui-
debantur.

4. Ut autem non minus honoris Prin-
cipum suorum, quàm Religionis cura se se
affici, probent: cōfundunt religionis causam
cum Principum existimatione, cuius
summā haberi rationem non nesciunt. Ita-
que non hæreticos solùm eos, quos ode-
runt, esse fingunt: sed etiam reos læsæ ma-
iestatis regię, ut cō duplicati criminis pon-
dus, omnem uenię ansam tollat.

5. Si quæ autem à Magistratibus bene-
ficia pijs præstita uidentur, ea ad horum
ingratitude, ingratitude & cōtumaciam
fingendam & pingendam, conferant, ut
tantò magis reddant exosos Magistratib.

6. Nequaquam uerò auctores sunt, ut
caussa tota legitimè cōsiderata & enuclea-
ta, hoc agatur, ut rectene an secus agant
manifestum fiat: ut illustretur ueritas, & su-
cus Sophisticus mendacio detergatur: sed
hoc illis propositum est, oppressis & e con-
spectu submotis ijs, quos odere: ad subli-
miores dignitatum gradus ascendere, rem
& gloriam parare. Sed his conatibus ma-
ledicit Dominus.

Tunc Nebucadnezare per iram & æstum edicente, adduci Sadrachum, Mesachum & Abednegonem: tunc, inquam, adduxerunt viros istos coram Rege.

Sententia est, Socij Danielis, ob detestatam idololatriam, mandatu Regis, acturum fuerunt adducti in huius conspectum.

1. Αἰτιον λέων, Rex mandans.

Thesis. Si principes terreni æquum esse ducunt, suis subiectis imperent: meminerint multò æquissimum esse, ut ipsi Deo obtemperent.

2. Προκαταρτιδον, uehemens ira, quæ fuit concitata odiosa in obedientiæ mentione: quæ unguis erat in ulcere.

Thesis. Velut rugitus catuli leonis, est ira Regis: & sicut ros super herbam beneuolentia eius, Prou. 19. 12. Item: Ira Regis est ut nuncius mortis, at uir sapiens remouebit eam, Prou. 16. 14.

Cum autem, ira ut ille apud Thucydide ait, duo hæc maximè aduersentur consilio, præceps celeritas & ira, quæ animum impedit ne possit cernere uerum: quis nõ uideat

254 IN DANIELEM PROPHETAM
deat quantum in eo mali sit si Princeps in
aliquem ira uehementer commoueat?
Sed tamen pijs, quibus terreni succensent
Principes hoc solatio esse debet, si Spiritu
sanctum habeant domesticum diuine erga
se beneuolentiæ testem.

3. Ὁρῶσα. Non defuerunt qui delatos statu
tim adducerent.

Thesis. Nunquam non sunt qui Tyrannorum iracundiæ, libenter inserviant, & quod dici solet, mutuas tradant operas. Habuit Saul suum Doëgum: habuit & Nebucadnezar, qui iracundiæ ipsius promptè seruirent: habuerunt & Sacerdotes ac Seniores populi Iudaici, qui Christum comprehenderent & adducerent. Quis igitur miretur & iam hac ætate crudelitatis alienæ ministros, uelut Promeri canes inueniri? Oremus ergo cum Dauide: Ab impio, q̄ est gladius tuus, eripe me Domine.

Lectio 42.

Sept. 24.

VERSUS 14. & 15.

*Nebucadnezar proloquutus, dixit:
An certò consilio Sadrach, Mesach &
Abednego, deos meos non colitis, & i-
maginem aureã quam erexi nõ ad-
ratis? Nunc si parati estis ut quo tem-
pore*

pore audieritis sonum cornu, fistulae,
cithara, sambuca, psalteriorum, &
symphoniae, omniumq; generum Mu-
sices, procidatis, & adoretis imaginē
quam feci, (benè est.) Sin autem non
adoraueritis, eadem hora proijciemi-
ni in mediam fornacem ignis accen-
sam: quis verò Deus est, qui vos eripe-
re possit è manibus meis?

HÆc maximi Regis oratio ad Danie-
lis sodales, tota est *συμβουλευτική*. Propo-
sitis enim obedientiæ præmijs, &
contumaciæ pœnis, eos hortatur, ut con-
sensu de Religione testandi causa, Idolo-
cultum diuinum deferrent. Quanta hæc
tentatio fidei eorum fuerit, obscurum non
est. Etenim, quū uulgò persuasum sit, Prin-
cipibus placuisse uiris non ultimam lau-
dem esse: & plurimum conferre ad rem &
gloriam parandam: nisi animus, per Spiri-
tum sanctum uera fidei *ἠσθησις* seu cer-
titudine sit cōfirmatus, facile principis au-
toritate & præiudicio: deinde etiam emer-
gendi spe, commouetur, ut omisso graui-
tatis & constantiæ proposito, tempori, sce-
næq; seruiat.

Parteis Orationis regiæ tres sunt, Ero-
rema,

256 IN DANIELEM PROPHETAM
tema, Promissio, Comminatio & Blasphemia uox: de quibus ordinè erit agendum.

1. Erotema uideat æquissimū esse. Querit enim Rex, consultōne & *ἐν τῆς πρῆξις* cultum Imagini denegârint, an uerò per imprudentiam & casu? Huc autem tendere orationem Regis, ex sequentibus rectè καὶ ἐν σόχαις colligitur, quando ijs qui per imprudentiam peccauissent, ueniæ spem facit: consultò autem refractarijs, supplicium extremum, denunciat.

Tria autem boni iudicis adiuncta quum sint: Primum, ne què non auditum cōdemner: Secundum, ne delatorū præiudicio nitatur: Tertium, ut delicta consultò facta, ab inuolūtarijs seiungat: tribus de causis laudandus Nebucadnezar fuerit: primū, quòd iuxta legem δὲ ἀμφοῖν ἀπόδοι, libi delatos quoq; coràm audiendos, censuit: deindè, quòd delatorum fidei non tantum detulit, ut confessionem aliam non requireret: postremò, quòd disertis uerbis quæsiuit, consultōne an uerò inconsulto, deliquissent in regium edictum. Utinam hac moderatōne Magistratus, qui de Christiano gloriatur nomine, tum quoq; utantur, quum de Religionis controuersijs agitur.

2. Promissionis sententia est. Si quidem præ-

præstiteritis cultum imagini, benè res habebit: periculi nihil erit.

Hoc loco considerentur duo, Cõditio & eiusdem Remuneratio. Conditionem, carnis intelligentia, ob facilitatem, ob exemplum multorum aliorum, ob spem remunerationis amplissimæ, commendat. Sed eadem, ut impiam, detestatur intelligẽtia Spiritus, quæ mouet, omnibus commodis terrenis, periculis omnibus, pietatem esse longissimè antepõnedam. Remuneratio erat, quòd non modò ingens discrimen, uelut ingruentem tempestatem, essent depulsuri: sed etiam securitati, fortunis, gloriæ deniq; suæ consulaturi. Quasi uerò his omnibus nõ maledicat Deus, quando in illius contumeliam uergunt?

Similis est pollicitatio Satanæ, mõstrantis Filio Dei, huius mundi regna & gloriã, ac dicentis: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me, Matth. 4. 9.

Digna etiam est memoria illa narratio Sleidani, de Henrico Duce Saxonum, integerrimo & illustrissimo Principe, qui conditiones à fratre Georgio, de successione in Mysia & alijs prouincijs, abnegatione Euangelij, redimere, constantissimè recusauit.

258 IN DANIELEM PROPHE TAM
3. Comminatio est, Si recusaueritis cultu
imaginis, testari uestrum de communi re-
ligione consensum, atrocissimo ignis sup-
plicio, quamprimum afficiemini. Sic ille
precibus minas regaliter addit.

Hic uerò Carnis Sophisma obseruetur.
Non est homini sano, multorum de Reli-
gione iudicio, & Regum edictis resisten-
dum, cum summo honoris, opum & uitæ
periculo. Ergo mos Principi promptè ge-
rendus.

Perinde autem sibi facilè & expeditum
esse, in illos pro sua libidine grassari, Rex
Nebucadnezar fingit: quemadmodum &
Pilius sibi integrum esse aiebat, Christum
uel dimittere, uel crucifigendum curare.
Sed his omnibus dictum sciamus, id quod
illi respondit Christus; Non haberes pote-
statem aduersus me ullam, nisi tibi datum
esset supernè: propterea qui me tradidit tibi,
maius peccatum habet, Ioan. 19. 11.

4. Blasphema autem illa uox fuit: Quis
uerò est Deus qui eripere possit uos è manibus meis?
Quasi uerò idem sit iudicium de Iehouah
omnipotente, quod de Idolis Ethnico-
rum?

Blasphemum est fingere quicquam fieri
posse, inuito uero Deo, qui solus est omni-
potens:

potens: qui sedet super Sphæram terræ, & habitatores eius sunt ut locustæ: qui extendit uelut telam, cœlos: & expandit eos tãquam tabernaculum ad habitandum. Qui ponit Principes in nihilum, iudices terræ uelut inane facit. Isa. 40. 22. 23. Et eodem cap. v. 15. En Gentes sicut stilla situlæ, & puluis tenuis stateræ reputantur: en insulas tãquam puluerem proijcit.

Sed quare in eiusmodi uoces Tyrannos prorumpere patitur Deus? Ut animaduersa non multò post omnipotenti Dei uirtute erubescant ij, qui agnito errore resipiscunt: cæteri autem *ἀματανύτοι* magis malignisq; excæcati & obstupefacti pœnas blasphemiarum exoluant.

VERSUS 16. 17. 18.

Responderunt Sadrach, Mesach & Abednego, ac dixerunt Regi: Nebucadnezar, ut respondeamus tibi, non sumus solliciti de hoc negocio: Siue futurum est ut Deus noster, quem nos colimus, qui potens est ad eripiendũ nos, à fornace ignis accensa, & à manu tua, ó Rex, eripiat nos: Siue non, notum sit tibi, Rex, Deos tuos nos non es-

Lectio 43.

Sept. 25.

260 IN DANIELEM PROPHETAM
*se culturos, & imaginem auream quam
erexisti, non adoraturos.*

θεοφιλία
νοητική.

Historia hæc de uirtute in fide, quam
sancti isti Confessores, per Dei gratiam
probauerunt, quanta eorum ἀρετή
fuerit, egregie declarat. De ea autem extat
præclara dicta: Iustus ab auditione mala
non timebit: quia paratum cor eius fidens
Iehouæ. Confirmatum cor eius non time-
bit, donec uideat in hostibus suis, Psal. 112.
7.8. Et Prouerb. 28.1. Fugiunt impij, tamen
nemo persequatur, iusti autem instar leu-
culi confidunt.

Primum autem liberè profitentur, se nõ
animi dubios esse, sed tum quid confiten-
dum ipsis sit, tum etiam quid agendum cer-
tò scire. Hæc autem ἀποφασίς, cui accepta
sit ferenda, liquet ex his Domini nostri Iesu
Christi uerbis: Sed quum tradiderint uos,
ne estote solliciti quomodo aut quid lo-
quamini: dabitur enim uobis illo momen-
to quod loquamini. Nõ enim uos estis, qui
loquimini, sed Spiritus Patris uestri, is est
qui loquitur in uobis, Matth. 10. 19. 20.

Thesis. Quum de diuina uoluntate con-
stat, non licet de ea amplius ὑπερβαίνειν. Solent
filij huius seculi, piorum fiduciam tentare &
debili-

debilitare, dum de Religione, eius profes-
sione & exercitijs, diu deliberandum: sen-
tentiam non esse precipitandam, aiunt: nō,
ut eorum animos confirmet: sed ut fran-
gant blandis promissionibus, minacib. ser-
monibus & alijs terriculamentis. Hic illo-
rum astus ne nobis obsit, opera danda est.

Deinde refutant blasphemam Regis uo-
cem, asseueratione diuinæ omnipotentiae,
quam ita comparatam esse aiunt, ut modò
uelit, facile possit seruos suos & aduersus
ignis elementum tueri, & è manibus infesti
Regis eripere.

Thesis. Diuinæ omnipotentiae omnium
creaturarum uirtus cedit.

Postremò, testantur sese non adoraturos
esse Idolum, etiamsi non sit Deo uisum, ab
ignis morte eosdem liberare.

Thesis. Præstat mori, quàm idolorū cul-
tu Deum offendere.

Rectè autem quidã monent hoc respon-
sum esse dilemmaticum, sic ut hæc eius sen-
tentia sit: Nos uerò, contra expressam Do-
mini Dei nostri legem, acturi non sumus:
nec etiã unquam Idolū istud adorabimus.
Aut enim tuebit nos Deus aduersus ignis
sæuitiam: aut mori uolet. Si tuebitur, re ipsa
ostendet, se qui sit omnipotens Deus, posse

262 IN DANIELEM PROPHETAM
nos eripere è tuis manibus. Si mori nos pa-
tierur, nihil quidem ipsius omnipotentiae
decedet: nos autè rectè sanctèq; egerimus.

Praxis. *Quomodo hæc omnia ad usum nostrum
transferemus?*

Si duo hæc accuratè perpenderit: Alterum est, quibus modis alieni à uera pietate & fide, homines fideles tentent, & sibi adiungere conentur: alterum, quomodo nos illis prudenter & constanter aduersari doceat.

Impij Idololatræ, primùm Sirenas suas producunt, tanquam flexanimas, quæ suadendo, aureos montes pollicendo, exempla aliorum amplificando, edicta Regum urgendo, in suam opinionem Orthodoxos adducere satagunt.

Vbi has nihil obtinuisse uident, producunt tetra *μορμονόκτα*, minas atroces de infamia, de multis, de supplicijs: ut uel metu rerum horribilium commoti, id admittant, quod alioquin sibi persuaderi, non sunt passi.

Econtra uerò Pij, Christiana *ἀναπαύσις* instructi, duabus nituntur, uerè sacris anchoris, fide & spe. Ac per fidem intelligunt, primùm nõ licere *ἐπιχρῆν* de Dei gloria ad Creaturas

turas non transferenda: deinde, obediendum esse Deo, & omnibus huius mundi rebus anreponendam esse pietatem & ueritatem: tertio, blasphemijs in Deum resistendum esse, etiam cum discrimine capit. Spe autem uel liberatione à malis, uel eorum mitigationem secundum Dei consilium: uel deniq; æternæ uitæ gaudia, expectantes, eunt ouantes animis & sua damna leuant.

Dignum autem est relatu dictum Bernardi: Martyrum fiducia, fortitudo ac tolerantia ex ulceribus & uulneribus Christi est.

Nos uerò oremus supplices Dominum Deum nostrum, ut nobis det facultatem assumendi uniuersam armaturam Dei, ut possimus resistere tempore aduerso, & omnibus confectis stare. Habemus *φυλακὴν ἰσχυρὰν* arma, baltheum ueritatis, thoracem iusticiæ calceos præparationis Euangelij pacis, scutum fidei, quo ignita illius Mali iacula extinguuntur, ac salutis galeam. Inter *ἀσπίδα* autem arma, gladius uerbi Dei est, spiritualis *ἡ δὲ ἀσπίς*, pertingens usque ad diuisionem animæ simul ac spiritus, compagumq; & medullarum: & dijudicans cogitationes & conceptiones cordis, Eph. 6. 13. 14. 15. 16. 17. Heb. 4. 12.

Leslio 44.
Sept. 27.

VERSUS 19. & 20.

Tunc Nebucadnezar adeò repletus fuit aestu, ut imago vultus illius immutaretur, contra Sadracum, Mesachum & Abednegonem: respondensq; edixit ut accenderent fornacem septuplo magis quàm solebat accendi: & viris valentibus robore, qui erant in copijs eius edixit, ut vincirent Sadrachum, Mesachum & Abednegonem: proyiciendos in fornacem ignis accensam.

Sententia est, Rex iratus ob denegarum Idolo cultum, fornacem præter solitum accendi iussit: & militibus quibusdam imperavit, ut quamprimùm tres Confessores unctos in eam conijcerent.

Propositum autem nobis est ostendere, quot modis eum ad modum irascendo peccauerit Rex Nebucadnezar.

1. Oblitus est suæ personæ. Regem enim clemètia decet & iudicium, quibus ira maxime aduersatur. Impedit enim ira animi ne possit cernere uerum. Quomodo autem ignarus ueri, clemètia & iudicio antecel-

let? Psa. 101. 1.

2. Toruo

2. Toruo & truculento vultu, perturbacionem cum uehementi uindictæ cupiditate (his definit Iram Aristoteles) coniunctam, prodit. Frons autem pluribus generibus peccat, Quintil.

1
Vultu sæpè
læditur pietas.

3. Irascitur quibus non oportebat, Dei uidelicet Seruis, non irascitur idololatriis, quibus debebat succensere. Vtrumq; autem insipientis est: ut Aristoteles in Moralibus docuit.

2
Vultus ac
frons animi
est ianua, q̄
significat
uoluntatem
abditam &
occultã. Cic.
de petit. Cõ-
sul.

4. Abutitur aliorum opera, ad innocentes perdendos.

5. Splendidæ bilis intemperiem, non aureum Palladis frenum, rectam rationem, sese flectere, patitur.

6. Iracundi autem Principis, iracunda est oratio. Hoc loco commemoranda nobis est historia de Pisone, quæ extat apud Senecam in libro de Ira, 291.

Quid homini cordato faciendum censes, si sentiat Principem sibi succensere?

Primum illud Senecæ obseruabit: Sapiens nunquam potentioris iram prouocabit, imò declinabit, nõ aliter quàm in nauigando procellam, Epist. 14.

Deinde, si declinare iram Principis non liceat, iustane an uerò iniusta ea sit? accura-

266 IN DANIELEM PROPHETAM
tè spectandum. Iustam si esse deprehenderit,
anlam eius statim præscindet, humili obse-
quio, supplicèq; offensè deprecatione, ure-
tur: ac pollicebitur emendationem. Iniu-
stam si esse compererit, ut si propter verita-
tis studium Subdito succenseat Princeps
ab eo alienus, non confugiendum est ad
turpissima consilia, de dissimulanda veri-
tate, de munerum corruptelis, de ululatu
cum lupis cõtinuando, sed ingenti animo,
Dei præsidio freto, sustinenda est illa indi-
gnatio, & nunquam non cogitandũ, In ma-
nu Dei corda Regũ esse: Reges nihil aliud
efficere posse, quàm quòd Dei manus &
consilium iam olim decreuit ut fieret. De-
nique præstare si habeamus terrenum Prin-
cipem infestum, Deum autem propitium:
quàm si hic benè nobis uelit, ille autem no-
bis succenseat. Etenim horrendum est in-
cidere in manus Dei irati, qui est ignis con-
sumens, Hebr. 11. 29.

*Quid præterea hoc loco discen-
dum est?*

Iram esse compescendam, ne ea nos trãs-
uersos rapiat, & tyrannidem in nos exer-
cens, ea quæ modis omnibus indigna sunt,
nos tum dicere tum facere compellat.

Rectè

Rectè dixit in Moralibus Gregorius: Per iram, sapientia perditur, ut quid, quòue ordine agendum sit, nesciatur.

Est quidem hominis irasci, sed Christiani iracundiæ finem ponere, ut dixit Hieronymus.

VERSUS 21. 22.

Lectio 44.

7. Octob.

Tunc viros istos vinxerunt, cum suis chlamydibus, subligaculis suis paludamentisque suis, & vestimentis suis: & proiecerunt in mediam fornacem ignis accensam. Eò quod verbum Regis accelerabat, & fornax accensa erat valde. Viros autem istos qui intrudebant Sadrachum, Mesachum & Abednegonem, interfecerunt scintilla ignis.

Dvo hoc loco obseruanda sunt: alterum est, quàm prompti fuerint Satellites isti, ad procurandum supplicium istorum Confessorum: alterum uerò, quas illi pœnas dederint. Nos omisissis hypothesebus, in quibus nihil est obscurum, Theses tractabimus.

Thesis 1.

Thesis 1.

Plurimum in eo mali est, si quis nulla iuris & æquitatis ratione habita, agat promptum administrum alienæ crudelitatis.

Primum enim uox diuina est, de conferuandis ijs, qui innocentes abripiuntur ad dira supplicia. Erue eos, qui raptantur ad mortem, & eos qui diuertunt ad confessionem: num continebis te? Si dixeris, Profertò ignorauimus istud: nonne qui ponderat corda, ipse intelliget? Et qui custodit animam tuam, ipse cognoscer, reddetq; homini secundum opus suum? Prouerb. 24. 11, 12.

Secundò, Principis præter iustam causam irati, sæuitia potius est modestè & cõstanter mitiganda & lenienda, oratione accommodata, quàm executione temeraria, cõfirmanda. Ac si hoc pacto nihil proficias, moriendum potius est, quàm iniustæ aliorum crudelitati seruiendum. Rectè itaque fecerunt heroici illi uiri, qui etsi Saul imperaret ipsis cædem, tamen noluerunt ferrum stringere in Sacerdotes Domini, quos innocentes esse nõrant: impiè autem egit Doëg, qui, ut rem gratam Sauli præstaret, eosdem occidit, 1. Sam. 22.

Tertiò,

Tertiò, meminisse omnes decet, Principes non esse ἀντιθετοίς, aut eorum potestatem nullis circumscriptam esse finibus. Itaque ea præcipiunt, quæ Deus expressè prohibuit, cum beatis Apostolis dicendum est: An coram Deo iustum sit, uos potius audire quam Deum? iudicate, Act. 4. 19.

Quartò, cauenda sunt conscientiae uulnera. Flagitium enim si, ab irato Principe iussus, commiseris: nequaquam excusabit te illius intemperies, aut cordis tui malè sibi consciij dolores unquam leniet.

Quintò, in nullius seu summi seu infimi hominis gratiam, uiolari debet lex de diligendo proximo. Violatur autem tum maxime, quando tanquam publici odij uictima, præter meritum crudeliter, excruciat & occiditur, qui summo studio erat defendendus & asserendus.

Postremò, nocent exempla eiusmodi bonis moribus & studio declarandæ charitatis, &c.

Thesis 2.

Iram uindictis Dei non effugiunt, sed rationis poenam luunt, qui in Tyrannorum gratiam, Sanctos affligunt, aut etiam occidunt. Videre id licet in Satellitum Nebucad-
cadne-

270 IN DANIELEM PROPHETAM
cadnezaris, qui carnificinæ illius promp-
tissimè inferuiebant, & Confessores istos
in fornacem ardentem præcipitauerunt,
tragico interitu, quando flammis absumpti
sunt, qui innocentes flammis absumpti
absumendos. Inciderunt enim in foueam,
quam fecerant alijs. Lucet autem Dei ius-
ticia in talionis pœna, cuius quotidianæ
sunt exempla: etsi ea nequaquam ab om-
nibus prudenter considerantur.

Nostra memoria Alphonsus Diazus, Fla-
spanus, qui Neuburgi in Palatinatu, frater
Ioan. Diazium, doctissimum Theologum,
ob eam causam quòd hic Euangelium es-
set amplexus, nefariè occidit, Romæ in e-
quili suo, sibi ipsi, iusto Dei iudicio, laqueo
mandauit.

Satellites, quibus Herodes interfecto Is-
cobo, etiam Petrum, quem in Iudæorum
gratiam occidere decreuerat, afferuandum
commiserat, Petro diuinitùs liberato, ducti
fuerunt, Act. 12. 19.

Iudas Iscariotes, qui in Iudæorum grati-
am Dominum Iesum, prodidit, laqueo sibi mor-
tem consciiuit, Matth. 27. Act. 1.

Chrysaphius Eunuchus, uir impius, Theo-
dosi junioris credulitate nimia abusus, Fla-
uium Episcopum Constantinopolitanum,
acerbe

acerbè persequutus, Dioscoro Eutychia-
no, in Synodo *Λησρικῆ*, trucidandum obiecit:
sed tandem illius sceleribus detectis, in exi-
lium missus, pœnas dedit: nec defuit diui-
na ultio Dioscoro, ut. est uidere in Conci-
lij Chalcedonensis actis. Vniuersalis ex-
perientia testatur uerè dictum in ueteri
uersu:

Τὸ ἄνω γὰρ ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἡ δὲ ἑσθὶν ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν.

Quid igitur homini Christiano faciendum censes, si
se iniquis aliorum præiudicijs & calumnijs
premi, aut etiam in aliorum gratiam
malè tractari sentiat?

Id primū, quod Filius Dei his uerbis ex-
posuit: Ego uerò dico uobis: Diligite ini-
micos uestros, benedicite ijs qui deuouēt
uos, benefacite ijs qui oderunt uos: & ora-
te pro ijs qui uos infestant, & persequun-
tur uos, Matth. 5. 44.

Deindè, ingredi oportet Sanctuarium Ie-
rouæ & considerare nouissima, tam pio-
rum quàm impiorum. Ita enim fiet, ut ani-
ma ueritatis, palmę in morè pios florere,
sub aduersorū pōderibus: impios autē pœ-
nas scelerū dare. Iuxta illud: Obserua per-
fectū hominē & uide rectū: quia nouissimū
tali uiro pax. At præuaticates dissipabunt
pariter:

272 IN DANIELEM PRÖPHETAM
pariter: & nouissimum impiorum succide-
tur, Psal. 37. 37. 38.

Lectio 45.
8. Octobr.

VERSUS 23. 24. 25.

*Quum autē viri illi tres, Sadrach,
Mesach & Abednego, cecidissent in
mediam fornacē ignis accensam vin-
cti: Tunc Nebucadnezar Rex trepidus
surrexit cum perturbatione: & prolo-
quutus dixit Gubernatoribus suis:
Annōn viros tres proiecimus in me-
dium ignis vinctos? quibus respōden-
tibus ac dicentibus Regi: Verum est,
Rex. Respondit & dixit: Ecce video
viros quatuor solutos ambulantes in
medio ignis, in quibus non est corru-
ptio: forma autem quarti similis est fi-
lio Dei.*

HÆc historia argumento est, Dei, qui
facit mirabilia magna solus, opera
fieri inter media contraria: ac recte
suprà à sanctis Confessoribus dictum fuisse:
se: Deus, quem colimus, potest nos, & in
medijs flammis indemnes & incolumes
seruare: & è manibus tuis ò Rex, eripere.
Sententia est: Rex Nebucadnezar uehe-
menter

menter admirari & perturbari cœpit, quū sanctos istos Confessores in fornace ardēte incolumes esse, pereuntibus interim crudelitatis suæ administris, qui foris uersabantur, animaduerneret.

Sic enim ille ratiocinabatur, Quis dubitet ingens & stupendum esse miraculum, si flamma enecet eos, qui extra accensam fornacem uersantur, & eam augere satagunt: eos uerò, qui intra eam constituti sunt, & maximè periclitantur, ne quidem attingere possit? Atqui hoc præter naturæ seriem fieri, uideo. Quare admirandum istud & insolitum opus esse, nihil dubium est.

Minor probatur, primùm narratione de euentu: deinde, Regis interrogatione, qua quid iniunxerit, ostendit: tertio, responsione Gubernatorum, qui ita rem habere, attestantur: postremò, hypotyposi de miranda cōseruatione Seruorum Dei, in fornace accensa.

Hoc autem loco, hæc quæ subiunximus, obseruanda censemus.

i. Deum è cœlo irridere conatus hominum, dum eorum partem fieri permittit, ut altera parte, quæ maximè illis cordi erat, inhibita, illorum impotentia, Dei autem sapientia & uirtus, magis elucescat. Ut quum

274 IN DANIELEM PROPHETAM
ueræ Religionis assertores, impijs armis I-
dololatrarum, opprimi patitur: magis in-
terim efflorescente Religione uera, & ruen-
tibus Idolis.

2. Deum, in cuius manu sunt Regum coti-
da, iram eorum in mœrorem & admiratio-
nem, nutu suo conuertere: & ex hostibus
piorum hominum eorundem summos ad-
miratores efficere posse.

3. Conscientiam dictare etiam Regibus,
quando grauius deliquerunt, confessione,
de iniusta sæuitia & crudelitate erga inno-
centes Dei Seruos. Vt Saul Dauidi dice-
bat: Iustior es me: tu enim retribuisti mihi
bonum, ego autem retribuui tibi malum,
Sam. 24. 18.

4. Turpissimam esse eorum optimarum
seruitutem, qui sic pendent à Principum
suorum nutu & renutu, ut ad malè facta eo-
rum conuiueant: & ea postea cum eorundem
opprobrio fateri, cogantur. Erat enim bo-
norum uirorum Principes liberè admo-
nere, ne uidelicet ea committant, quorum
ipsum non multò post pudere & pœnitere
possit.

5. Documenta præsentia Dei & defen-
sionis piorum hominum, terrori sunt ijs,
qui manus uolentas Christi seu unctis
Domini

Domini iniecerunt, eoq; nomine sese gra-
uiter deliquisse animaduertunt.

6. Eximia Sanctorum laus est, quæ ab ijs
proficiscitur, qui eosdem paulò antè dam-
nauerant & perdere conati fuerant.

Vt hoc loco Rex ait: Dei Seruos illæfos
in fornace ardente uersari, & illustri *ἑπιφάνει,*

Angeli qui illis adesset cohonestari.
Centurio, qui *ἐπιπροδιδόντης* fuit crucifixio-
nis Christi, dictis & factis Christi, acceden-
te etiam Solis obscuratione & horribili
terræmotu, dixit: Verè homo iste Filius Dei
erat, Marc. 15. 39.

ἀπορία.

Quæritur hoc loco, An ne de Filio Dei
intelligenda sint hæc uerba: *Forma autem
quarti similis est Filio Dei:* an uerò de Angelo, cu-
ius ministerio Deus uim flammarum co-
hercuit?

Respondetur. Etsi Filius Dei semper
adfuit & adest toti Ecclesiæ & singulis fi-
delibus: & multi ex ueteribus de eodem
hæc uerba interpretati sunt: tamen simi-
plex est sententia, de Angelo *ἑπιπροδιδόντος*, quæ
etiam confirmatur illis uerbis, quæ in ui-
gesimo octauo uersu occurrunt: Deus mi-
strens Angelum suum eripuit Seruos suos,
&c. Scio interdum & Filium Dei, ratione
officij

276 IN DANIELEM PROPHETAM
officij Angelum dici: sed ex eo nequaquam
demonstratiuè colligas, hoc etiam loco
eundem nuncupari Angelum. Ac infra di-
citur Cap. 6. v. 23. Deus meus misit Ange-
lum suum, qui occlusit ora leonum, ut non
læderent me. Hæc autem oratio, illi non
ablimilis est. Vtraque autem congruit di-
cto: Nõne omnes (Angeli boni) sunt mi-
nistratores Spiritus, qui ministerij causa
mittuntur, qui hæredes sunt salutis? Hebræi
1. v. 14.

Lectio 46.
9. Octobr.

VERSUS 26.

*Tunc appropinquans Nebucadne-
zar ad portam fornacis ignis accense
proloquutus est, & dixit: Sedrach,
Mesach & Abednego Serui Dei excel-
si, egredimini & venite: tunc egressi
sunt Sadrach, Mesach & Abednego è
medio ignis.*

Sententia est, Rege iubente, acturum, è
medijs flammis, sancti isti Confessores
egressi sunt.

Obseruent autem piæ mentes Circum-
stantias, quarum hîc accurata mentio fit: &
doctrinæ Theologicæ capita.

1. Quando

1. *Quando sunt egressi?*

Tunc demum, quando & regij Satellites flammis iam absumpti fuerunt: & tres isti Confessores ignis uim & sæuitiam superauerunt, sic ut spectatores animaduertent, nequaquam illos lædi posse: quum etiam Angelus Dei illis adesset.

Thesis. Ut pœnis Improborum, sic glorię & liberationi piorum, certa temporũ momenta, diuinitus sunt præstituta. Lucet autem in pœnis Dei iudicium, in liberatione Sanctorum eiusdem misericordia: in dispensatione tam pœnarum quàm præmiorum, admirabilis Dei prouidentia.

2. *Quo imperante seu præcipiente?*

Ipsomet Rege præcipiente, cuius uideret mandatu, iam antea in fornacem ardentem fuerant coniecti. Sic autem eares Regi cordi fuit, ut ipsemet ad fornacis ostium accederet, & quid fieri uellet, indicaret.

Thesis. Princeps si se in subiectos iniuriũ fuisse animaduertat, det locum posterioribus curis, & beneficentia iniuriam, gloria seu approbatione recte factorum, contumeliam compenset.

278 IN DANIELEM PROPHETAM
Quod de Principis officio hoc loco dicitur, id omnes pij sibi quoq; dictū, meminerint. Quum enim nemo nostrū non sapius peccet, quā intelligat ipse: & uerē dicatur, ἀμαρτάνει καὶ σοφὸς σοφώτερος, statim atque sensimus nos seu in uita & moribus seu in doctrina errasse, resipiscamus, & ne pudeat profiteri errorem.

3. *Qua oratione usus est Rex resipiscens?*

Plurimum refert ἡθῆ καὶ πάθει loquentem & orationis pondera, accuratē expendere. Verē enim dicitur prouerbio: πᾶν ὁ παθὼν, ἐ λόγῳ. Rex obstupefactus miraculo, ira in clementiam uersa, primū nominatim compellat singulos: deinde, illustri elogio adhibito, quando eos Dei Seruos nominat, non solū eos commendat, sed etiam dat gloriam Deo, quem se superiorem esse agnoscit: postremō, egredi & ad se uenire Confessores iubet. Intelligebat enim, eos sibi non iam ut hostes & contumaces auersandos esse, sed ut eximios Dei Seruos complectendos.

Thesis 1. Neque summos homines neque etiam inferiores pudere debet, eos homines iustificare, quos innocentes esse res ipsa

ipsa loquitur: etiam si eos, per imprudentiam paulò antè damnauerint.

Thesis 2. Sic laudandi sunt Dei Serui, ut laudis argumentum, Deo soli, dona danti hominibus, acceptum feratur.

Thesis 3. Iniquis præiudicijs & pœnis locus non est, ubi comperta est innocentia & uera uirtus: nec eo loco habendi sunt boni, quo improbi: ut etiam Antisthenes præclare censuit.

4. Vnde egressi sunt ex quo animo?

E' medio ignis. Duo hic obseruabimus. Alterum est, miraculi istius ueritas: non enim magicis præstigijs locus erat, quibus oculi spectantium perstringi possent: sed reuera è medijs flammis sunt egressi. Alterum est, quòd ut Regi, isti tres iuuenes paruerunt, quum supplicium esset adeundum: sic eidem sine contumacia & obloquutione obtemperauerunt, quum è fornace eosdem iuberet egredi.

1. In diuinis miraculis, nullus est magicis præstigijs, & sensuum ludificationibus locus.

2. Miracula sunt introitus ad fidem: ut censuit Augustinus: si eos spectes, quos

280 IN DANIELEM PROPHETAM
Deo uisum est, miraculis commouere, &
fidei dono instruere. Eodem facit dictum
Ambrosij: Signa infidelium caussa sunt: sci
licet ut ad fidem adducantur.

3. Sensus præsentia Dei, non minuit in
Sanctis, sed auget & alit reuerentiam erga
Magistratum, & studium obediendi illius
mandatis, quæ sunt iusta. Atque hoc est
quod de charitate loquens Apostolus, mo-
net: Charitatem nimirum esse patientem,
comem, non agere indecorè, non esse infla-
tam, sustinere omnia, sperare & credere om-
nia: hoc est, esse alienam ab impatientia
& inhumana oratione & morositate, à su-
spicionibus, à diffidentia, à *λαρυγαία*, 1. Co-
rinth. 13,

VERSUS 27.

*Et congregati Satrapæ, antistites,
ducesq; & gubernatores Regis, quum
inspicerent viros istos, non esse domi-
natum ignem in corpus eorum, & pi-
lum capitis eorum non esse adustum,
neque eorum chlamydes mutatas, de-
nique odorem ignis non peruasisse
eos.*

IN hoc uersu agitur de exploratione mi-
raculi, in qua obseruabimus caussas ex-
ternas;

Leclio 47.
11 Octob.

ternas, Efficientes & Finale.

Efficientes caussæ famulantes, fuerunt omnium ordinum Babylonici proceres: qui secundum uetus dictum: *εἷς ἀνὴρ ὁ πάνθ' ἰστέ*: unus uir haud uidet omnia: ne præstigijs possent falli, omnes accuratè intuiti sunt & explorauerunt, non tantùm Confessorum corpora, sed etiam pilos capitum & uestes eorum. Ersi autem credibile est, multos suspicione de magicis præstigijs motos, curiosos in ea exploratione fuisse: quòd odio magno, Iudæos à se in caussa religionis dissentientes, prosequerentur: tamen & illud non est dissentaneum, nonnullos admiratione miraculi tanti motos fuisse: ut de caussa tantæ rei seriò cogitarent. Rectè autem Philosophus dixit: Propter admirari, cœperunt homines philosophari.

Finalis caussa fuit, ut certò ipsis constaret, nullàmne uim elementum ignis in Sanctorum istorum corpora habuisset, nec ne? Sic enim statuèbant, naturaliter agentia, admota materia necessariò agere, & suas exerere uires, citra dilationem: nec exemplum contrarium illis in mentem poterat uenire.

De primæ causæ liberrima in secundas causas auctoritate.

1. Certum est ab auctore primo, eiusque nutu & renutu pendere secundas causas, Naturam & Voluntatem. Creator enim ius ἀντιόδοσον in creaturas obtinet: & hæc tum demum optimè habent quando in suo ordine persistunt, & Domino obtemperantes eundem celebrant: ut habetur Psalm. 148.

2. Mouentur autem & agunt secundæ causæ, plærumque regulariter: nonnunquam autem aliter, prout liberrima Dei uoluntas imperat.

3. Natura regulariter agens, fertur ad unum, & necessariò agit admota materia, nec potest suspendere actionem. Eadem uerò quando miraculo diuino seruit, aliter agit quàm alioquin solet. Ut aqua maris rubri & Iordanis, instar scopulorum, miraculosè sterit, transeuntibus Israëlitis: eadem, Deo uolente, naturaliter agens, obruit Ægyptios, qui persequebantur Israëlitas. Ita ignis naturaliter agens, corpora admota, uerbi gratia humana, absumit: idè, Deo uim eius cohibente, Danielis sodales nullo modo lædere potuit.

4. Voluntatis humanæ, quæ mutabilis est, diuersæ sunt actiones, bonæ, malæ, indifferentes: ac hæc suspendi possunt, aut etiam accelerari: quia liberè peraguntur.

5. Deus bonis malisque uoluntatibus, & actionibus quæ ab ijs dependent, benè utitur: sed hæc res non excusat malas uoluntates, quæ nequaquam Dei gloriam, tanquam scopum respiciunt, aut in eum feruntur.

Quid ex his colligis?

Erroneam esse Stoicorum de Fato opinionem, quæ fingit eiusmodi esse nexum primæ causæ: hoc est, Dei, & secundarum causarum, ut non secus Deus agere possit, quàm fert secundarum causarum ratio & uirtus.

Quanquam autem illa imaginatio, carnis intelligentiæ admodum concinna & uera esse uidetur: ut uel ex analogica illa Philippi Apostoli supputatione, quæ extat, Ioann. 6. 7. liquet: quia tamen in Deum est contumeliosa, detestanda nobis est. Cõtumeliosa autem in Deum est: quia nec opulentiam bonitatis eius planè inexhaustam agnoscit, nec etiã omnipotentia laudem,

284. IN DANIELEM PROPHETAM
 dem, ei debitam, illi tribuit: ac fingit Deum,
 qui ab æterno liberrima essentia est, post res à se conditas amisisse libertatem
 illam agendi, & iam Parcarum carcere
 clausam teneri. Perniciosa autem est illa
 Stoicorum ἀλασσηνία: quia fidem extinguit,
 charitatem refrigerat, facitque ut languescat
 studium inuocandi Deum, & eidem
 pro acceptis beneficijs gratias agendi. Cur
 enim fide in eo uno acquiescas, cuius uires,
 naturæ & uoluntatis humanæ arbitrio
 obnoxias esse persuasum habeas? Cur
 etiam eum solum summè diligas, quem unum
 tibi neutiquam prodelle posse putas?
 Cur res necessarias ab eo solo peteres,
 quem nihil citra σὺνέργειαν secundarum
 causarum præstare ualere, censeas? Cur
 denique ei uni gratias agendas putares,
 quem neutiquam unum ἐνερπύττω agnosceres?

Lectio 48.
 Octobr. 12.

V E R S V S 28.

Proloquutus Nebucadnezar, dixit: Benedictus sit Deus horum Sadrachi, Mesachi & Abednegonis, qui mittens Angelum suum, eripuit Seruos suos, qui confisi sunt in ipso: quum verbum Regis mutantes, exposuerunt

*suerunt corpus suum, ut non colerent
neq; adorarent ullum Deum præter-
quam Deum suum.*

HÆc est prima Orationis regiæ pars,
quæ *δοξολογία*, seu diuini nominis san-
ctificatione constat. Eius autem sen-
tentia huc fedit.

Summè celebrandus est Deus ille, qui fi-
delibus suis seruis, uelut in acie nouaculæ
periclitantibus, dexter, & in tempore, ad-
est, eosque mirando modo conseruat ac
tuetur.

Atqui Deus ille Iudæorum, Seruos istos
suos, in medijs flammis, sartos tectos con-
seruauit.

Quare summè celebrandus nobis est
Deus ille opitulator & conseruator om-
nium, maximè tamen fidelium, 1. Timoth.
4. vers. 10.

Minor probatur & illustratur historia,
de causis liberationis istorum Confesso-
rum. De his igitur *λεφραλασδωσ* isthæc obser-
uemus.

1. *Αἴτιον ὑπέριον* est Deus ille uerus, quem
colebant Iudæi fideles. De Dei autem pa-
trocinio dicitur, Psalm. 33. 18. 19. Ecce ocu-
lus Iehouæ est super timentes eum : qui
sperant

286 IN DANIELEM PROPHÉTAM
sperant in misericordia eius : Vt eripiat à
morte animam eorum, & uiuificet eos in
fame.

2. *Σωτήρ* & fuit Angelus Dei. Notum autè
est dictum Psaltes : Castrametatur Angelus
Iehouæ, in circuitu timentium eum : & eri-
piet eos, Psal. 34. 7.

3. Causa *προκαταρτημένη*, fuit iniusta uis,
quam Rex immerentibus inferebat, &
quam diuinitus rerundi, gloriæ Dei inter-
erat.

4. Finales causæ erant, suprema quidè,
ut constaret Dei omnipotentiam inuictam
esse, & nullam præ ea esse Monarcharum
terrenorum potentiam : contra quam Rex
paulò antea pronunciauerat : proxima, ut
manifestum fieret, & pijs non deesse salui-
ficam Dei uirtutem : & pietatem promissio-
nes habere, non solùm futuræ, sed etiam
præsentis uitæ.

5. Formalis causa expressa est, eripien-
di uerbo, quo significatur eos uelut è me-
dia morte, non humanis uiribus, sed omni-
potenti Dei dextera, eductos, & in uiuis
conseruatos esse, inuitis hostibus & Ele-
menti ignis ui repressa.

6. Materia circa quam fuit, fornax ue-
hementer accensa : in qua alioquin ne-
mo

mo mortalium, secundarum caussarum beneficio, incolumis & uiuus manere poterat.

7. Materia in qua, seu ij, quorum mirabili inter medias flammis conseruatione, gloria Dei illustrata, & uanitas comminationum Regis, eiusq; *ἀδωαρία*, declarata fuit, celebrantur nominatim, ab relatis: quod Dei omnipotentis Serui essent: à præclarorum fide, quod uidelicet Deo solo confisi essent: à fidei suæ præclaro documento: quod est impijs terrenorum Principū mandatis posthabitis, etiam uitæ suæ discrimine testari, cultum soli uero Deo debitum, nulli creaturæ esse præstandum. Hæc logici artificij declaratio est: superest autem ut Theses, quæ hoc loco occurrunt, perpendamus.

THESIS I. DE MIRACVLIS.

Leclio 48.

Octobr. 21.

Miracula uera, Dei auctoris gloriæ feruire debent.

Etenim, teste Augustino, Miracula non rerum uirtute, sed Dei imperātis potestate fiunt. Vt autem in naturæ rerum uirtute, opificis Dei gloria lucet, Psalm. 19. Cæli enarrant gloriā Dei, & opus manuum eius annunciat firmamentum sic in
mira-

Ratio, 1.

288 IN DANIELEM PROPHETAM
miraculis & extraordinarijs operibus, li-
bertas & potestas Dei planè inuicta con-
spicitur.

2. Quia miracula sunt introitus ad fidem,
ut idem Augustinus censuit. Fides autem
omnia ea refert ad Dei gloriam, quæcunq;
illum efficere, animaduertit. Hæc etiam
beneficia Dei prudenter discernit, & homi-
nis instaurationem, omnibus corporalibus
rebus anteposit. Ac fidei illa uox est, quæ à
beato Augustino prolata olim fuit: Mortuam
animam suscitare, maius est miraculum
quàm corpus.

Thesis 2. de Martyrum elogio.

Virtus in fide, quam ueritatis testes decla-
rant, etiam fidei hostibus admirationi esse
potest, sic ut quos paulò antè condemna-
uerant, non multò post debita laude pro-
sequantur.

Ne igitur frangamur animis, dum omni-
cōuitiorum & crudelitatis genere oppres-
si sumus: hostes enim uel conuertet Deus,
uel confunder. Conuersis ad Deum gra-
tulabimur: in cæteris autem qui sunt

ἀμάρτυροι, iudicia Dei obser-
uabimus.

V E R S V S 29.

Quamobrem à me proponitur edictum, ut omnis populus, natio aut lingua, quae dictis errauerit contra Deum horum, Sadrach, Mesach & Abednego, in membra lanietur, & domus eius in sterquilinum redigatur: propterea quod non est Deus alius qui possit eripere hoc modo.

Altera pars orationis regiae, est edictum de non blasphemando Iudaeorum Deo. Sententia eius huc redit.

Non est blasphemandum eius Dei nomen; qui seruos suos mirando modo seruare potest: quomodo nullum aliud numen suos cultores tueri & eripere potest:

Atqui Iudaeorum ille Deus suos Seruos sic eripere potest, ut nullus alius Deus.

Quare sanctum eius nomen non est blasphemandum.

Theses.

1. Est hoc Magistratus munus prohibere blasphemias, quibus Deus contumelia afficitur.

2. Edictum autem de Deo non blasphemando sine personarum respectu, omnibus

290 IN DANIELEM PROPHETAM
bus in uniuersum hominib. subiectis, præ-
scribendum est.

3. Transgressores autem, pœnis *ἀποκατα-
λύσας*, sunt afficiendi.

4. Quid inter uerum Deum & cōmen-
ticia numina interlit, testantur illius bene-
ficia & miracula, & horū uanitas & quòd
nulli usui sunt: plurimùm aut̄ obliunt dum
uana spe lactant miseros cultores.

5. Horum autem consideratio & colla-
tio, aditum aliquè facit ad ueram Religio-
nem: etsi ea sola non sufficit.

Lectio 49.
Octob. 22.

VERSUS 30.

Tunc Rex prosperari iussit Sadrachum, Mesachum & Abednegonem, in prouincia Babylonia.

Sententia est, Rege Nebucadnezare uo-
lente & imperâre, Danielis socij sum-
ma cum dignitate gloria & felicitate
in Babylonica prouincia, uixerunt.

Hæc autem historia complectitur illu-
stre exemplum dicti Davidis: Non enim
quiescet sceptrum impiorum super sortem
iustorum: ne extendant iusti ad iniquitatē
manus suas, Psal. 125. 3.

Est autem in hoc dicto primùm quidem
παρρησια

παρηγορησία, seu Concessio. Equidem fateor
 sceptrum: hoc est, auctoritatem, potētiam
 & vim Tyrannorum & aliorum, sæpenu-
 merò uehementer affligere & exercere iu-
 stos: deindè *ἀνταρπαγή*: Sed tamen nego il-
 lud quiescere: id est, semper incumbere &
 imminere ceruicibus piorum, sic ut nun-
 quam illis respirare liceat: mitigat enim
 Dominus seruatorum suorum ærumnas.

Propositum autem nobis est, causas mi-
 tigationis malorum & liberationis, ad no-
 stram consolationem, breuiter exponere.

1. Causa efficiēs principalis, est Deus,
 de quo dicitur: Iehouah custodiet te ab o-
 mni malo: custodiet animam tuam. Ieho-
 uah custodiet egressum tuum & ingressum
 tuum, ab hoc tempore usque in seculum,
 Psal. 121. 7. 8.

2. Causæ famulantes interdū sunt An-
 geli boni: ut Daniel ait ad Darium: Deus
 meus misit Angelum suum, & occlusit os
 leonum, Cap. 6. 22. interdum homines seu
 summi, ut Pharao Iosephum è carcere pro-
 ductum, euexit ad summam dignitatem:
 Nebucadnezar Danielem & socios exal-
 tauit: seu mediocres, ut Abedmelech Eu-
 nuchus patrocinauit Ieremiæ: seu infi-
 mæ fortis.

3. Causſa *πειρασμική* in hominib. ſanis, eſt perſuaſio de bonis amandis & ornandis.

4. Causſa *καταρατική* eſt, admiratio quã excitant documenta præſentiæ Dei & deſenſionis piorum, qui omnium hominum expectationem & uires ſuperat.

5. Finales cauſſæ multæ ſunt: ſed hoc tẽpore non niſi paucaſ recenſebimus. Prima eſt, ne pij, ſi nulla reſpirandi à malis facultas illis concedatur, fracti ærumnis, mitant manus ſuas ad iniquitatem: & cum lupis diſcãt ululare & imitari improbos. Secunda, ut ſi qui inter piorum aduerſarios ſint ſanabiles, moti exemplis Piorum dent locum poſterioribus curis & reſipiſcentiæ. Poſtremo, ut ij, qui *ἀμτανόητοι* ſunt, confundantur, quando Piorum uirtutem, etiã in uitis inferorũ portis, uident effloreſcere.

*Sed quem ordinem obſeruare ſolet Deus, quando Seruos ſuos *σαρραστῶς* caſtigat?*

Primũ, mortificat eos & ad inferos deducit, ut ſuæ infirmitatis experientia, & periculorum rerumq; aduerſarũ ſenſu moti, ad Deum confugiant, qui eſt auxiliator opportuno tempore.

Deinde, eoſdẽ uiuificat & ex inferis re-
ducit, ut fidem erga ſe cõfirmet, ſpem alat,
&

& gratias agendi materiam subministret.
 Mundus contrario modo agit. Quos enim complecti cœpit, eos in altum tollit, laudib. hyperbolicis onerat potius quàm ornat: ut quum satietas esse cœpit, eosdem in tartara ima, si fieri possit, det præcipites.

Vt igitur Deo nos castigante, spe nobis gaudendum est, quæ non pudefacit: ita si quos nimis amanter mundus foueat: & uelut in sinu foueat & oculis ferat, est certè cur nobis persuadeamus, illos non multò post miserabilia uanitatis humanæ specimina fore. Nota sunt exempla Saulis, Absolomi, Adonibezeci & multorum aliorum.

*Sed quid Pijis faciendum, si ijs tanquam in
 acie constitutis, occumben-
 dum sit?*

Meminerint & lætentur sese non esse conditos ad miserrimam hanc uitam, sed ad cœlestis & æternæ uitæ gaudia: ac nunquam non repetant memoria illud Pauli dictum: Nam statuo non esse paria quæ præsentis tempore perpotimur, futuræ gloriæ nobis reuelandæ, Rom. 8. 18.

Lectia 70.
23. Octobr.

IN CAPVT IIII.
TA' PROLEGOMENA.

1. Propositio.



HYPOTHESIS. Nebucadnezar Rex, ob superbiam, è summo dignitatis regiae fastigio deturbatus, & in abiectionem sortè coniectus: ubi se se summisisset sub potente manu Dei, in gratiam receptus, & in integrum restitutus est.

Thesis. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, 1. Pet. 5. 5. Digna autem memoria est hæc Bernardi oratio: Magis cogitare debetis quid uobis desit, quam quid uobis adsit: quod habes, caue ne perdas: quod nondum habes, supplica, ut habeas: in quantum sis minor, est considerandum: non in quantum sis maior. Si enim cogitas, quantum præcessisti alterum, time tumorem: si autem cogitas quantum tibi deest, ingemiscis, curuaris, & humilis eris: tutius ambulabis, non præcipitaberis, non laberis.

2. Dispositio Capitis.

Prima pars est Proœmiũ, de causis istius
PRO

Programmatis, quod ad Dei gloriã & Subditorum admonitionem, Rex sibi promulgandum censuit.

Secunda pars, Narrationem tripartitam complectitur. Initiò enim, Somnium propheticum de Arbore, exponitur: Deindè subiungitur eius expositio Hieroglyphica & salutare Consilium quod Regi Daniel dedit.

Postremò, euentus historicè declaratur.

Hæc pars nõ parùm illustrabitur Apophthegmate Themistoclis, de Platano arbore, ad quam confugiunt homines, quum tempestas sequit, ut sub densissimis eius ramis & folijs, tuti latitare possint. Est enim illa uenusta imago heroicorum uirorum, ad quorum patrociniũ confugiunt cæteri, quando bella aut alia mala ingruunt.

Tertia pars est Epilogus, de Superborũ humiliatione, qua illustratur Dei gloria & imperium in uniuersos mortales.

VERSVS I.

NEbucadnezar Rex, omnibus populis, nationibus, ac linguis, quæ habitant in tota terra: Pax uestra multiplicetur.



ROSEMIVM hoc in initio salu-
tatione constat: deinde, Pro-
positione, de qua uers. 2. 3.

Obseruentur autem in pri-
mo uersu Circūstantiæ, Quis,

Quibus, & quid precatus sit: hoc est, *ἰπιγραφή*
φῆ, ἰπιγραφὴ καὶ ἀσπασμός.

1. Rex Nebucadnezar salutem precatus
est. Decet enim etiam summos Principes
ὑψημὰ λέγειν καὶ ὅσια πράττειν; quemadmodum
præclare dixit Pausanias dux Laonicus:
ἀπορχᾶ μοι Σπαρτιῆται ἀρεσκόμενον, ὅσια ἰδὲ ποιεῖν, ὅσια
εἶ καὶ λέγειν.

2. Quibus? Etsi non dubitabat, totius
generis humani interesse, scire, quomodo
diuinitus domita esset ipsius arrogantia:
potissimum tamē Subditos, ea de re edo-
cere uoluit: ut Regis exemplum subiectis
Populis prodesset. Utinam uerò Principes,
sua priuata *παθήματα*, etiam subditis *μαθήματα*
esse uelint, &c.

3. Quid? Pax, id est, felicitas, tranquilli-
tas uestra & prosperitas, multiplicetur. V-
no enim pacis uocabulo *δουμείαν καὶ ἀτυχίαν*
designauit, ac rectè cecinit ille:

— Pax optima rerum

Quas homini nouisse datū est: pax una Triumphis
Innumeris potior. —

V E R

VERSUS 2. & 3.

Lectio 51.

Octob. 25.

Signa & miracula quae fecit erga me Deus excelsus, decet me indicare: Signa eius quàm magna sint, & miracula eius quàm fortia: Regnum eius regnum aeternum, & dominium eius in omnes generationes esse.

Propositio est, de magnifico Dei opere, edito circa Nebucadnezarem, summum, ea ætate, in terris Monarcham: & quidem magnis de causis.

Sententia est. Magnificum illud Dei excelsi opus, editum quum is primum quidem me ob superbiam & fiducia potentiae meae, humiliaret: deinde uerò, clementer me sibi gloriam dantem respiceret, & in integrum restitueret, decet me ad ipsius laudem, & meorum subditorum admonitionem, palam profiteri.

Hæc propositio confirmatur his argumentis.

1. A specie. Nullum signum aut miraculum, dissimulando aut tacendo oblitendum est: quum magnis de rebus commonefaciat homines. Ideo Filius Dei Pharisæos grauius obiurgat, quòd signum è cœ-

298 IN DANIELEM PROPHETAM
lo expeterent: signa uerò temporū nequa-
quam discernent, Matth. 16. 13.

Atqui hoc commemorabile factum hu-
miliationis & exaltationis meæ, inquit
Nebucadnezar, signum & miraculum ma-
gnum est.

Quare non est mihi prætereundum si-
lentio, &c.

2. Ab efficiente principe. Ea, quæ Deus
excelsus erga aliquem magni nominis ui-
rum facit, ideò exponenda sunt, ut cæteri
quoque discant Deum debito honore pro-
sequi. Iuxta illud: Quis est sapiens & ob-
seruabit hæc, & aduertet animum ad mise-
ricordias Iehouæ? Psal. 107. 43. Atqui quòd
superbiæ dedi pœnas, & quòd Deo mei
miserente, redij ad meliorem mentem, &
dignitatem regiam recuperavi, singulare
est iudicij & misericordiæ Dei ^{apertissima} &
documentū. De eo igitur mihi alios quoq;
commonefaciendos censeo.

3. A proprio Dei operū adiuncto. Quæ
magna & fortia Dei opera sunt, ea pro-
mulgari debent: ut sint testimonia de au-
toris magnificentia, sapientia & uirtute.
Signa autem & miracula erga me ab eo e-
dita, nequaquam uulgaria & humilia sunt.
Debēt igitur promulgari: ne uidelicet nos
pudeat

pudeat diuinæ sapientiæ, iusticiæ, misericordiae ac uirtuti, præclarum perhibere testimonium.

4. A' caussa finali. Quicquid facit ad laudem Regis Regum, Dei uidelicet excelsi, illud certè prætermitti non debet. Atqui mirandi illius erga me operis promulgatio, plurimum ad illius laudem facit. Est enim argumento, solùm Deum æternum & omnipotentem Regem esse uniuersorum: & illum auctoritatem sibi iurè sumere, non tantùm in plebeios homines, sed etiam in summos Principes, qui sæpè opinantur imperium suum esse merè *αὐτοκρατορικὸν καὶ ἀνεπιθωρῶν*, ut C. Caligula ad auiam Antoniam sese obiurgantem, dixit: Memento mihi omnia in omnes licere. Quare mihi non est silentio prætereūdum, illud *μεγαλειότητι*, quod circa me est editum.

Thesis.

Qui uerè respiscunt, dant Deo gloriam: & alijs exemplo suo prodesse cupiūt. Iuxta illud: Tibi Domine Iusticia, nobis autem confusio faciei. Peccauimus enim, &c. Dan. 9. 7.

Dant autem Deo gloriã, qui agnitione & sensu suorum peccatorum consternati, submitunt se sub potenti manu Dei: iram

Domini

300 IN DANIELEM PROPHETAM
Domini portant, ac fatentur se ei peccasse:
sed tamen fiducia misericordiæ Dei, per &
propter Christum promissæ, sese in pau-
ribus conscientiæ erigunt & consolantur:
& iustificati fide pacem habent erga Deū.

Ex charitatis autem lege, exemplum sūt
alijs peccatoribus seruire cupiunt. Iuxta
illud Davidis: Docebo p̄uaricatores vias
tuas, & peccatores ad te conuertentur,
Psalm. 51. 15.

Lectio 52.
Octob. 26.

VERSUS 4.5.

*Ego Nebucadnezar tranquillus e-
ram domi meæ, & virens in Palatio
meo: Quum somnium viderem quod
exterruit me, ita vt cogitationes meæ
in cubili meo, & visiones capitis mei
conturbarent me.*

ORditur secundæ partis Programma-
tis regij, caput primum, quod Som-
nij prophetici recitatione constat.
Est autem hæc duorum versuum senten-
tia. Quum res meæ florentes & tranquillæ
essent: somnium triste mihi oblatum fuit,
quod non modò uariarum cogitationum
materiam mihi subministravit: sed etiam
vehementer me perturbatum reddidit. Vc

Vt autem sententia illustretur, docendi causa, ordine *methodico* utemur, ac primum quo tempore: deinde, quo loco: tertio, cui: quarto, quo rerum eius statu: quinto, quid oblatum sit, somnium uidelicet propheticum & triste: sexto, quo euentu, exponemus. Dominus Iesus nobis dexter adsit, & nos in omnem ueritatem ducat, Amen.

1. De Tempore.

Etsi anni, quo hoc somnium Nebucadnezari fuit oblatum, non facta est mentio expressa: res tamen ipsa loquitur, referendum esse ad illud tēpus, quod Aegyptiorum Regni à Nebucadnezare subacti, & in prouinciam redacti, seruitutem est sequutum, Ezech. 30. Mortuus est Nebucadnezar Anno Mundi, 3390: quum decem annis antè uicisset Aegyptios, domitis iam cæteris Gentibus cum quibus bella gesserat.

Thesis. Alijs temporibus alia conueniunt: ut rectè dixit Demosthenes.

2. De Loco.

In Regio palatio, oblatum fuit Regi hoc somnium.

Thesis. Sæpenumerò idem locus & peccato & eius pœnæ, cōuenit. In aula sua regia, in qua Nebucadnezar delicijs, uoluptatibus

302 IN DANIELEM PROPHETAM
prætibus & *μυῖαυ φαντασία* seruierat: somnio
tristissimo territus fuit. Eo loco sanguine
uomens Aristobulus Iudææ Rex concidit,
in quo ante annum, ipsius mandatu, inter-
fectus fuerat frater eius, Antigonus, uirtu-
te excellens.

Etsi autem scitè dixit Democritus: Ho-
mini felicitatē locus nullus, sicut nec uir-
tutem nec animi præstantiam, aufert: quid-
tum Deus iisdem in locis præster, & quum
liberat seruos suos, & quum seu castigat fi-
lios, seu punit hostes, accuratè spectandum
est. Sæpè enim locus, seruit recordationi
culpæ, & conscientia accusanti reum. Ta-
le quiddam Plutarchus narrans, in Curia
Pompeij interfectum Iulium Cæsarem, an-
notauit.

3. De Personâ.

Ipsimet Regi uisio hæc fuit oblata. Po-
tentes enim potenter tormenta patiuntur,
quando ira Dei aduersus eos exarsit.

Thesis. Deo perinde est, seu Principi-
bus, seu infimæ sortis hominibus, terrorem
incurere. Ideò dicitur Psalm. 76. 13. Qui suc-
cidit spiritum Principum, terribilis est Re-
gibus terræ.

4. De rerum eius statu.

Quum bellis finitis, tranquillus & flo-
rens

rens esset, instructus Animi, Corporis & externis dotibus & præsidijs: ac nemo uel hincere aduersus eum auderet. Nota sunt Ethnicorum dicta: Fortuna, quem nimium fouet dementem facit. Et illud Ciceronis: Meæ res in aduersis fuerunt bonæ, in secundis fluxæ.

Thesis. Etiam Sanctis felicitas & successus externi, periculum creant: quia sæpè eos securos faciunt. Iuxta dictum Davidis: Ego dixi in prosperitate mea: Non uacillabo in seculum. (Nam Iehouah, benedictio tuo stare feceras in monte meo fortitudinem) abscondisti faciem tuam & fui territus. Psal. 30. 7. 8.

Simus ergo in his aduersis nostris rebus, constantes, iniuriarum tolerantés, & gaudeamus spe, quæ non pudefacit: in secundis simus modesti, grati erga Deum, & præparemus nos ad ardua certamina.

5. Res oblata.

Somnium *μαντικόν*. Hic de diuersis speciebus Somniorum nihil dicam. Satis enim est scire, istud fuisse *θεόπνευστον*, eoq; nomine diligenter considerandum somniū.

Thesis. Sola diuina somnia, pijs: physica autem hominibus ingeniosis, obseruanda sunt: illa enim de rebus magnis agunt, hæc

304 IN DANIELEM PROPHETAM
hæc de temperamento hominis, cuius con-
sideratio ualetudini tuendæ plurimum
conducit.

6. Euentus.

Somnio mantico Rex uehementer est
consternatus. Ex eo autem colligi potest
quàm leui momento res humanæ impelli,
& carnalis læticia dilui possit.

Thesis. Ut carnis læticiam, uel somnium
turbare potest: sic spiritus gaudium, nulla
aduersa interturbare ualent.

Lectio 53.
Nouemb. 4.

VERSUS 6.

*Quamobrem à me propositum est
edictum, ut adducerentur coram me
omnes Sapiētes Babylonie: qui inter-
pretationem Somnij notam facerent
mihi.*

Somnium triste, admirationi fuit Regi,
& terrorem eidem incussit: hic autem
φιλομάθων, & quid Somnium sibi uel-
let, cognoscendi desiderium, accendit.

1
Affectus φ
ιλομάθων
excitans.

Thesis 1. Motus cordis humani, qui à
causis procatarteticis excitati, necessaria
discendi cupiditatem accendunt, profunt
homini ad Dei iudiciorū intelligentiam.

2
Φιλομάθων
omnes decet.

Thesis 2. Si etiam summos Principes
φιλομάθων decet, quis ambigat eandem dece-
re in-

re inferiorum Ordinum homines. Quis enim nescit omnibus hominibus esse dictū: Ne sitis sicut equus & sicut mulus, quibus non est intelligentia, Psal. 32. 9.

Thesis 3. Magna autem calamitas est, si quis per imprudēciam, ab Asino lanam petat: hoc est, à stulto consilium, ab indocto institutionem. Ut quum Nebucadnezar ab Ariolis & Magis somnij sui interpretationem, exegit. 3
Disce, sed à doctis.

Thesis 4. Numerus falsorum doctorum, tantò magis obest, quò est maior. Etsi enim Nebucadnezar omnes Babyloniorum Sapientes coëgit: hic tamen Cercopum conueniens, plus facere poterat ad eum circumueniendum, quàm erudiendum. 4
Υόδοδιδάσκαλοι, quò plures, eò de- terior est cōditio.

VERSUS 7.

Tunc accesserunt Magi, Astrologi, Chaldei & Haruspices: cumq; somniū dixissem coram ipsis, interpretationē eius notam non faciebant mihi.

Thesis 1. Qui uana sapientiæ opinione turgent, se solos ad omnes alios erudiendos, egregiè instructos esse putant. 1
Docere vel.

Eius rei exemplum occurrit, in hac de
u Sapien-

306 IN DANIELEM PROPHE TAM
Sapientibus Babyloniorum, historia. Cupidissimè enim in Aulam regiam conuolârunt, ut artes suas uenditantes, gloriam & opes sibi pararent.

Ita quodam in loco queritur Bernardus de Neophytis, doctrinæ opinione inflatis: Eos ad cathedram promptiores esse, quàm ad curam. Nos uerò aureum Hieronymi præceptum sequamur: Disce priùs quàm doceas: discamus cœlestem doctrinam, & quum usus est, eandem bona fide profiteamur.

2
Confusio.

Thesis 2. Confusio iusta merces est eorum, qui Sapientiam simulantes, fumos uendunt.

Iraque Magi Babylonici, quum à Rege expositum Somnium enarrare non possent, pro gloria quam affectabant, suæ estimationis iacturam grauem fecerunt.

3
Docentes & discipuli.

Thesis 3. Deus optimo iure irridet tum eos, qui Magos consulunt, tum cōsultos.

Nebucadnezar enim & Magi, bis ad eundem lapidem impegerunt: ille quidem ea sciscitando, quæ Magi planè ignorabant: hi uerò ignorantiam suam cum infamia

& summo discrimine suo, iterum prodentes.

VERO

VERSUS 8.

Tandem autem accessit coram me Daniel, cuius nomen est Beltesazar, secundum nomen Dei mei, in quo est Spiritus Deorum sanctorum, & somnium coram eo dixi.

THesis. Veri Dei serui, quum eius regantur spiritu, ea mysteria explicare possunt, quæ Sapientibus huius seculi plane sunt ignota.

Quod enim de Religione uera dixit Paulus: Animalis homo non est capax eorum, quæ sunt Spiritus Dei, 1. Corin. 2. 14. idem & de alijs rebus abstrusis uerè dici potest.

Cæterum ex his & alijs historiæ sacrae partibus colligi potest, Nebucadnezarem antehæc tempora non fuisse cõuersum ad Deum uerum: etsi magna fuisset eius erga illius quosdam Seruos, humanitas ut supra dictum fuit. Rationes autem hæ sunt.

1. Quòd Magos, haruspices & alios impostores consuluit.

2. Quòd postremò Daniele uocauit, cuius tamen sapientiam antea comprobabat.

3. Quòd Belum uocat suum Deum.

u 2

4. Quòd,

308 IN DANIELEM PROPHETAM
4. Quòd, Deorum meminit: quum u-
nus sit Deus.

5. Quòd à Domino grauissimè in eum
animaduersum fuit, ut tandem malis do-
ctus, resipisceret.

Leclio 14.
Nouèbr. 5.

VERSUS 9.

*Beltesazar, inquam, præfekte Ma-
gorum, quia noui spiritum Deorum
sanctorum inesse tibi: & vllum arca-
num non premere te: visiones Somnii
mei quod vidi: id est, interpretatio-
nem eius, dic.*

IN hac Regis *προσφώνουσα*, qua usus est ad
Danielem, ordinè obseruabimus.

*Beli abdita
recondens:
id est, pro-
mus & con-
dus Beli.*

1. Compellationem. Vocat eum Bel-
tesazar: sic enim nuncupatus fuerat à Magi-
stro Aulæ, suprà c. 1. 7. Deinde à dignitate,
uocat eundem Magorum præfectum.

Thesis. Dei serui, nec profana nomina,
nec professionis ethnicæ titulos, magni
faciunt.

2. Argumentum. De rebus arcanis, ij
consulendi sunt, qui Spiritu Dei pollent,
nec ignari sunt arcanorum. Tu uerò, Da-
niel, ex eorum numero es. Quare tu mihi
interrogandus es.

Thesis

Thesis 1. A bonis & prudentibus bona discere conuenit. Rectè enim dicitur uerèti prouerbio: ἰσθῶν μὴ γὰρ ἀπ' ἰσθῶν διδάξειαι. Item: *Disce, sed à doctis.*

Thesis 2. Cauendum nobis est, ne ab improbis improba discamus. Salsè equidem Plistonax Atheniensibus, quando hi Spartanis inscitiam obijciebant, respòdit: ἡμεῖς γὰρ ἰσθῶν μόνοι ἐσθ' ἡκανόνη μαμαθῖνα μὴ παρ' ὑμῶν.

Thesis 3. Verè doctis, debitus honos deferendus est. Vt Nebucadnezarem fecisse uidemus.

VERSUS 10.11.12.

Visionibus igitur capitis mei in cubili meo, videbam quum ecce arbor in medio terræ esset altitudine magna: creuisse arborem & roboratam esse: & altitudine sua peruenisse ad cælum, aspectuq; suo ad finem totius terræ: Ramos eius pulchros, & fructus eius multos, cibumq; pro omnibus in esse ei: sub ea umbrâ captare bestias agri: & in ramis eius habitare aues cæli: deniq; ex ea cibum percipere omnem carnem.

Sententia est: Ego in somnis uisus mihi sum uidere, Arborem modis omnibus præclaram & frugiferam.

Descriptionis autem hæc capita sunt.

1. **Quantitas.** Erat admirandæ altitudinis, sicut conus eius cælum uideretur attingere: & terrarum orbem ramorum amplitudo, occupare.

2. **Locus.** In medio terræ, loco uidelicet maximè oportuno.

3. **Actio.** Creuit maiorem in modum, & ramos extendit.

4. **Qualitas.** Roborata est, & uiribus magnopere aucta.

5. **Utilitas.** 1. Hospitium & umbram exhibuit omni generi animantium.

2. Subministravit alimenta animantibus.

Quid hoc loco uixit nobis obseruandum censes?

Etiam Arbores testes esse providentiæ diuinæ, qua Homines & Animalia bruta seruantur: quando multis modis utrisque profunt. Etsi autem Socrates, in amcenum ruris secessum inuitatus, respondit: Malle se inter homines, quàm inter arbores uiuere, ed

re, eò quòd hæ non doceant: si tamen, etiam illæ rectè aspiciãtur, erudiunt nos de multis magnis rebus, quarum aliquas attingam.

Primum admonent nos de caduca & euanida Impiorum hominũ felicitate. Iuxta dictum: Vidi impium ferocientem, & se extendentem instar arboris patulæ. Sed transiit, & ecce non erat, Psal. 37. 35. 36.

Deinde de Piorum uita, multis pietatis documentis conspicua, & illustri, Psal. 1. 3. Et est uir ille tanquam arbor plantata, secus fluenta aquarum, quæ fructum suum dabit in tempore suo: & folium eius non marcescit, & quicquid facit prosperum est, Psal. 92. 12. Iustus ut palma germinabit: tanquam Cedrus in Libano succrescet cù augmento. 13. Plantati in domo Domini in atrijs Dei nostri florebut.

Postremò, quum arbores nouo uere efflorescunt, quum fructus suo tempore ferunt, quum hyeme omne earum decus soluitur: denique quando senescunt & tandem concidunt, de nostro ortu, flore & fructibus uitæ, de senecta & perio-

do uitæ nos admonent, &c.

Lectio 55.
 Nouemb. 6.

VERSUS 13.14.15.16.17.

Videbam in visionibus capitis mei
 super cubile meum, quum ecce Vigil
 & Sanctus è caelo descenderet, Clamans strenuè, & ita edicens: Excindite istam arborem & amputate ramos eius, deijcite folia eius, & spargite fructus eius: vagentur bestiae ne sint ei, & aues à ramis eius. Veruntamen stirpem radicū eius in terra relinquire, & cum vinculo ferreo chalybeoq; apud tenerā herbam agri: ut rore caeli intingatur, & cum bestiis sit portio eius in herba terra: Animus eius ab humano mutetur, et cor bestiae detur ei: septemq; tempora praetereant eum. Ex decreto Vigilum verbū hoc, & ex sermone Sanctorum hoc postulatum est: vsq; dum adducatur, ut agnoscant viuentes, dominari excelsum in regno hominum, adeò ut cui vult tradat illud, & abiectissimū hominem constituat in illo.

Admodum & elegans & pathetica est hypotyposis, Arboris deiectæ, & omne suum decus amittentis: sic tamen ut ima pars trunci cum radicibus, reliqua maneret. Cæterum de statu huius allegorici Somnij, suo tempore dicendum nobis erit: nunc satis fuerit Circumstantias & Caussas logicè percensere, & aliqua doctrinæ capita, tanquam condimenta aspergere.

I. Præco tantæ rei fuit Angelus, qui hoc loco vigil uocatur: hoc est, admodum oculatus Spiritus administratorius: & Sanctus, quia seiunctus à Diabolorum, qui ordinem suum deseruerunt, colluue, alienus esset à peccatis.

Thesis. Si uerè credimus Angelos, qui nostra caussa excubant, Vigiles & Sanctos esse, primùm quidem de nostra aduersus potestates tenebrarum defensione, benè speremus: deinde uerò, eorum exemplo uigilemus, oremus, & emundemus nos ab omnibus inquinamētis carnis & spiritus.

II. Decretum autem fuit, ut arbore deiecta, & soluto omni eius decore, dissiparentur bestia & aues: & illa obbrutescat.

Thesis. Arbor deiecta imago est hominis, qui magnam rerum suarum inclinationem

314 IN DANIELEM PROPHETAM
nem & cōmutationem experitur: & mul-
tis iniurijs & calamitatibus est obnoxius.
Notum est uetus Prouerbiū: *Cadente quere-*
cu omnes ligna colligunt.

III. Adprobatores autem tantæ rei,
fuerunt Sancti, Vigiles: id est, beati An-
geli cum tota Ecclesia eius temporis, quæ
crudelissimè à Nebucadnezare oppressa
fuerat.

Thesis. Ecclesia Angelica & Humana,
iusta Dei iudicia adorat & uehementer
probat.

IIII. Mitigationis pœnæ symbolū fuit,
quod trunci ima pars cum radicibus man-
sit, & rore cœli irrigata est, certo tamen
tempore.

Thesis. Et si Deus nonnunquam ob
μαζίαρ, familias & gentes exscindit: tamen
iusticiam misericordia sese temperare o-
stendit, quando nonnullis dat ut resipi-
scant, &c.

v. Finis tantę rei fuit, ut Deum esse Re-
gum Regem, & imperia cōstituere & mu-
tare, manifestum fiat.

Thesis i. Pœnæ publicæ & priuatæ, quas
etiam magni nominis homines exsoluūt,
testimonia sunt de iusticia & iudicio Dei,
qui omniū est Princeps. Iuxta dictum: Pro-
fectò

fectò ira hominis confitebitur tibi, residuū irarum succinges, Pſal. 75.

Theſis 2. Deus reges & conſtituit, & de gradu mouet. Itaque eorum fuerit, ſeruire Domino cum ueneratione, & exultare ei cum tremore: Oſculari filium, ne irascatur, Pſal. 2. 11. 12.

VERSUS 18.

Leſſio 56.
15. Nouẽb.

*Hoc ſomnium ego Rex Nebucadne-
zar uidi: iam tu Belteſazar interpre-
tationẽ dic: propterea quòd nulli Sa-
pientes regni mei poſſunt interpreta-
tionem notam facere mihi: Tu autem
potes: quia ſpiritus Deorum ſanctorũ
ineſt tibi.*

Sententia eſt. Quum Somnium hoc *μαν
τικòρ*, perſpicuè à me expoſitum, inter-
pretatione dignum ſit: Tui muneris e-
rit, ò Daniel, illud prudenter & uerè inter-
pretari.

Etſi Auguſtinus alicubi uerè pronũciat:
Non eſſe obſeruanda Somnia, quæ uideli-
cet fallaci ludunt temeraria nocte, & pau-
das mentes uana timere iubent: diuinitus
tamẽ fieri, ut *θρόνη μνηα* ſomnia, à uulgaribus
discernãtur, & diſcendi, quid ea ſibi uelint,
cupi-

316 IN DANIELEM PROPHETAM
cupiditatem accendant, uel hoc Nebucad-
nezaris exemplum docet.

Occurrit autem hoc loco prouerbij: *Argenti fontes loquuntur*, infigne exemplum. Et enim disertè ait Nebucadnezar: Sibi qui Rex maximus esset: non autem uni ex optimaribus suis, aut è terre filijs, Somnium hoc uisum esse. Multò enim maioris eaque ipsi sese uidisse aut expertis esse Principes censent, faciunt, quàm quæ ab alijs, etiam optimis & experientissimis, commemorantur.

Confirmatio.

Quod cæteri spiritu Dei sancti destituti, præstare nequeunt, id ijs, qui illo præditi sunt, præstandum est.

Huius Propositionis manifesta ratio est, tradita hoc Theoremate theologico. *Donna Spiritus sancti, seruire debet institutioni & emendationi non propriæ solum, uerùm etiam alienæ.*

Cæteri Sapièntes Chaldæi, Somnium hoc interpretari non possunt. Ratio: quia destituuntur spiritu intelligentiæ arcanorù.

Tu uerò, Daniel, spiritu Dei sancti: id est, intelligentia rerum sacrarum & abstrusarum, excellis plurimùm.

Quare tui muneris fuerit, Somnium hoc meum,

meum, quod haud dubiè res magnas portendit, interpretando, meæ uoluntati morem gerere & satisfacere.

THESES.

De Discipulorum officio.

1. Qui res magni pendunt, eas cognoscendi desiderio ardescunt. Rectè ergo Aristoteles censuit, admirationem, philosophandi causam hominibus ingeniosis exhibuisse. Sed non minus rectè dixerimus, religiosam admirationem rerum diuinarum, studij Theologici amorem in nobis accendere & alere.

2. Cæterum, non ea solùm quæ nobis, sed etiam illa quæ alijs, bonis præsertim, sese offerunt, φιλομάθειαν nostram fouere debent. Sæpè enim ἀπὸ φιλίας τὰ σοφία ἔλαχε: sæpè etiam holitor ualdè opportuna loquitur.

3. Φιλομάθεια autem nostra, non in nobis ipsis acquiescere: sed per operum & Iudiciorum Dei considerationem, Dei gloriæ seruire, debet. Quid enim Deus, ad declarandam suam seu misericordiam seu iusticiam agat, potissimùm est spectandum.

De infeliciter docentibus.

1. Seculi huius sapientes, etsi sibi plusquam

318 IN DANIELEM PROPHETAM
quam lyncei uideantur, tamen in rebus di-
uinis planè cæci sunt.

2. Suam autem ἀλασοπονίαν, tum maximè
produnt, quando de arcanis Dei iudicij
interrogati, obmutescunt.

3. Idem uerò de illis dici potest, quod
Apostolus pronunciauit de pseudaposto-
lis: Quorum finis est exitium: quorum
Deus est uenter, & gloria cum confusione
eorum, qui terrestria curant, Phil. 3. 19.

4. Scitè autem uocantur à Petro Apo-
stolo: πηγὴ αἰώνιοι, fontes aqua carentes &
nebulæ à turbine agitatae, 2. Pet. 2. 17. Polli-
centur enim salutarem doctrinæ & conso-
lationis & consilij potum, quo tamen pla-
nè destituuntur prætumidam uanitatem
loquentes.

5. Causa autè inscitiae καὶ ἀπειρίας est, quòd
expertes sunt Spiritus Dei, qui solus intel-
ligentiæ fons perennis est.

De ijs qui benè docent.

1. Præclare docent ijs, in quibus est Spira-
ritus Dei sancti.

2. Hic enim arcana retegir, Matth. 16.
17. & in omnem ueritatè ducit, Ioan. 16. 13.

3. Nequaquã autem illi sese præ alijs uen-
ditant, sed rogati modestè respondent &
alios erudiunt.

4. Quum

4. Quum autem ea præstent, quæ alijs
 aduata sunt, admirationi sunt omnibus.

5. Et quia ad Dei gloriam omnia refe-
 runt, à Deo ipsi quoq; glorificantur, 1. Sam.

2. Glorificantes me, glorificabo. Dat enim
 Deus gloriam & gratiam seruis suis. Itaq;

uos horror, ut ueritatem & pacem secte-
 mini, ut studia & uitam uestram ad Dei glo-

riam referatis: ita enim futurum est, ut op-
 probrium quod metuitis à uobis auferat

Dominus, & uos ornet uera gloria, & tueat
 aduersus Sycophantas & hostes omnes.

VERSUS 19.

Leclio 57.
 16. Nouèb.

*Tunc Daniel, cuius nomen est Bel-
 tesazar, quum obstupuisset, siluisset
 quasi horam unam, & cogitationes
 eius conturbassent eum: proloquente
 Regi ac dicente: O Beltesazar somniũ
 & interpretatio ne perturbet & ter-
 reant te, respondens Beltesazar di-
 xit: Domine mi somniũ hoc eueniat
 osoribus tuis: & interpretatio eius i-
 nimicis tuis.*

TRia nobis in hoc uersu obseruanda
 sunt: primũ Danielis *ὄρα καὶ ἀνάστασις*: de-
 inde, Regis humanissima cõtestatio,
 qua

320 IN DANIELEM PROPHE TAM
qua ideò usus est ut ille metum poneret, &
liberè profiteretur rem tantam: tertio, Da-
nielis *ἀφημισμὸς* quo usus est in suæ oratio-
nis exordio.

1. Danielis *ἡσυχία καὶ πάθος.*

Daniel per horam tacitus sese cōtinuit,
& admodum tristi illo Somnio perterre-
factus fuit: sic ut id facilè posset ex gestib.
& alijs circumstantijs animaduerti.

Vetus est prouerbiū: *ubi timor, ibi & pudor.* Et rectè dixit Plato in 5. de Legibus: *ἄδεια ἀνασχωρία ἰνὲ τιμῆς.* Audacia impudentiā
parit. Laudanda itaque est uirtus Danie-
lis, qui de re ardua sibi nequaquam præci-
pitandam esse sententiā, rectè cēsuit: quod
neutiquam esset *ἀθυρολογία*.

Thesis prima. Silentium, rerū & sermo-
num cēsura, seruire debet. Rectè ergo bea-
tus Hieronymus: Diu, ait, considera, quid
loquendum sit: & adhuc tacēs prouide, ne
quid dixisse pœniteat.

Thesis 2. Turbari bonū est, sed non per-
turbari: ut dixit Bernardus. Perturbantur
aūt, qui non animaduertunt qui sint bono-
rum & malorū fines, nec intelligūt, impio-
rum res secūdas, uelut scādala, inter mala:
piorum res aduersas, cūm ad bonū eis ad-
iumento sint, inter bona, referri debere.

2. De Regis humanissima consolatione.

Rex sic allocutus est Prophetam: O' Bal-
tassar, Somniū & interpretatio eius, ne cōturbent, seu
perterrefaciāt te. Pone metū. Et si enim quid si-
bi uelit hoc triste Somniū, a eo ex te potis-
simū cognoscere: tamen, nolo periculū ali-
quod uereare, etiam si tristia auunciaueris.

Thesis. Sapiunt Principes, quando non
solum iucunda, sed etiam tristia, aut obiur-
gationes & exhortationes, audire parati
sunt. Cōmemorabilis ea de re narratio ex-
tat, apud Diodorum Siculum, de Philippo
Macedonum Rege, qui quum post uictoriā
Chæroneam, Epulo duces suos excepisset,
& iam temulentus, sertum gestans *κορυμβω-
νία* & choreas ducere cœpisset, non habitā
regiē maiestatis ratione: à Demade (qui in-
ter captiuos erat) hac uoce reprehensus:
Demiror te, quum tibi fortuna Agamem-
nonis personam dederit, Therisitæ opera fa-
cere: non solum non fuit offensus: sed etiā
uelut beneficio affectus, libertate Demadē
& cæteros Athenienses captiuos, donauit.

Utinam ea sit humanitas & modestia o-
mnium Principum & gubernatorum: qui
alioquin, si sint inhumani & suis formidan-
di, raro uerum audiunt.

22 IN DANIELEM PROPHETAM

3. De Euphemismo, quo suam orationem Daniel exorsus est.

Domine mi, Somnium hoc eueniat hostibus tuis, & eius interpretatio inimicis tuis.

Sententia est, Quum te Dominum & principem meum, reuerenter agnoscam: illud malum, quod triste hoc somnium portendit, hostibus tuis, quam tibi euenire, malim.

Subiectionis autem, amoris & ^{opum} erga Regem, ideo commemorat, ut eius beneuolentiam prudenter caperet: & tantum malum docilem reddat, & consilij boni cupidum.

Sed hic queritur, Recte fecerit Daniel, quando mala haec hostibus imprecatus est, quae tamen Nebucadnezari diuinitus denunciari, animaduvertebat?

Ac primum quidem non recte nec pie eum fecisse, hac ratione probari posse uideatur.

Qui certo alicui homini, iusto Dei iudicio, impendentes poenas, in aliorum capta recidere cupit, is Dei iudicij aduersario, grauiter peccat.

Daniel autem hostes Regis poenas istas luere malebat, quam Regem, qui tamen sua superbia & tyrannide illas promeritus fuit. Quare

Quare nec rectè, nec piè fecisse uideretur.

Respõdeo, aliud esse Dei iudicijs simpli-
citer reclamare *καὶ ἀντοφθαλμῆν*, ea uidelicet,
tanquam iniusta, improbando: aliud, certa
lege mitigationem impendentium malo-
rum alicui comprecari: id quod Daniel fe-
cit. Non enim, nisi *κατὰ τὴν*, Regi resipiscenti,
& benefactis malefacta pensanti, parci à
Domino uoluit. Cæterùm, quum hosti-
bus Regis malè precatur, ijs, qui Rege ni-
hilò meliores, aut etiam deteriores erant,
ad rastiam nemesis, precatur. Nò est autem
à iusticia alienum, optare ut resipiscentibus
relaxentur pœnæ, cæteris autem irrogen-
tur & exasperentur.

Secundò, quum Iudæis exulibus uo-
ce diuina esset iniunctum, ut preces pro
Magistratu Babylonico conciperent, ut ei
honorem & amorem debitum probarent:
officium boni uiri fecit Daniel, quando
Regi suo benè precatus est. Nota sunt
dicta.

Iere. 29. 7. Quærite prosperitatem istius
ciuitatis, quò deportaui uos, & orate pro
ea lehouam: nam cum prosperitate eius fu-
tura est uobis prosperitas.

Etsi autè Baruchi liber *ἀπόκρυφος* est, quia tamè
senten-

324 IN DANIELEM PROPHETAM
sententia illius, Cap. I. II. respondet oraculo
Ieremiæ, eam recitabo. Atque orate pro
uita Nabuchodonosor, Regis Babylonici,
eiusq; filij Balthasar, ut dies eorum in terra
diuturnitate diebus cœli respondeant.

Secundò quæritur, Rectène faciãt Christi-
tiani in Turcicis prouincijs uersantes,
quando preces concipiunt pro Amurathe,
Turcorum Imperatore, eius exercitibus, &
perût ut illi det Deus uictoriã de hostibus?

Respondeo: Longè aliud est instituere
deprecationes, preces, postulationes, gra-
tiarum actiones pro quibusuis hominibus:
pro Regibus, & quibusuis in eminentia cõ-
stitutis: ut uidelicet tranquillam ac quie-
tam uitam degamus, cum omni pietate &
honestate, 1. Tim. 2. 1. 2. Aliud uerò, Deum
orare, ut Turcis, impia arma Christianis in-
ferentibus, & Christi nomen delere cupie-
tibus, ferrum etiam in ipsius membra & ui-
scera stringentibus, uictoriam concedat &
succesum.

Vel enim Christiani illi, nos tanquam
conseruos & fidei domesticos, charitate
prosequendos rectè censent: uel perperam
opinantur, nullo nos habendos esse loco,
aut eadem seruitute & calamitate, qua ipsi
oppressi sunt, dignos. Si illud prius, illis
est

est persuasum, qua conscientia hostibus fidei, Christianismum radicibus extirpare cupientibus, optare possunt ut uictores euadant. Sin posterius illis cordi est, tum uerò Christianismus eorum parùm ab Ethnicismo differt: ut qui Christianismi caractere, uidelicet charitate fraterna destituatur.

Res ipsa autem, proh dolor, loquitur, religionis, quam Græci huius ætatis profitentur, eas esse corruptelas, ut non mirum sit eos nescire, quos suis præiudicijs grauent. Etenim à Papistis dissentiunt, non eo solum nomine quòd de Spiritus sancti processione & de Purgatorio ab eis dissentiunt: sed etiam quia in illa sua *Ανοσιωγία*, primatum Ecclesiasticum somniant. Rursum, quum se duces cæcorum esse putent, nostrorum magisterium, neutiquam admittunt: & tenebras suas luci doctrinæ Ecclesiarum nostrarum anteponunt.

VERSUS 20. 21. 22.

Arbor illa quam uidiisti, que creuit & roborata est, cuius altitudo peruenit ad cælum, & aspectus in totam terram, cuius rami pulchri, & fructus multi, & cui cibus pro omnibus insuit: sub qua habitabant bestie agri, & in

Lectio 98.
2. Decemb.
1583.

326 IN DANIELEM PROPHETAM
cuius ramis sidebant aues cæli: Tu es,
ô Rex, qui creuisti & roboratus es: nã
& amplitudo tua ita creuit, vt perue-
nerit ad cælum, ac dominiũ tuum ad
finem terra.

DVo in his tribus uersibus nobis sunt
consideranda, Propositio & eiusdem
Amplificatio.

Propositio est metonymica, Nebucadne-
zar Rex arbor illa est, quã secundum quietẽ
in somnio uidit. In hac autẽ propositione,
uerbũ substantium est, non *ὕπαρξις* significat,
sed similitudinẽ. Vt in hisce dictis, in quib.
disparata de se inuicẽ figuratẽ prædicantur.

Gen. 41. 26. Septem uaccæ pulchræ, septẽ
anni sunt: & septem spicæ pulchræ, septẽ
anni sunt, scilicet significatiuè: quia tot an-
nos fertiles repræsentant.

Cantic. Cant. 4. . Oculi tui columbarum
sunt, capillus tuus quasi grex caprarũ: Den-
tes tui ut grex ouium æqualiũ: sicut turris
David collum tuũ est. Hubera tua sicut duo
hinnuli Capræ, &c. Omitto recensionem
exemplorũ, quæ quũ passim occurrãt, om-
nibus nota sunt. Hoc satis fuerit monere ue-
ritatis studiosos, diligenter considerandũ,
in quib. propositionibus uerbum substan-
tium

tinum *Sum*, propriè sumatur, & in quib. trãslatè. Ac quoties disparatum de disparato prædicatur, manifestum est, decurrendum esse ad figuram concinnam.

Amplificatio poëtica & elegãs est, ut quæ perpetua quadam Allegoria constet. Eius autem singulas partes scrupulosè persequi, nec fert animus, nec etiam necesse est. Satis enim fuerit, si præcipua Capita, summi Principis adiuncta indicantia, exerto digito demonstrauero.

Sunt autem Principis uiri adiuncta præcipua.

1. Auctoritas, quæ altitudine & latitudine arboris, adumbrata fuit. Vt enim altissima & latissima arbor, etiã è lōginquo perspicì potest: sic heroicorum gubernatorum gloria, gentes plurimas illustrat: quando, ut Demosthenes dixit, unus uir heroicus, totam gentem illustrat.

Thesis. Quum Deus iusto iudicio interdum effundat cōtemptum in Principes, & eos errare faciat in inanitate sine uia, Psal. 107. 40. etiam Principem orare cum Dauide oportet: Aufer à me opprobrium & contemptum, Psal. 119.

Oremus autè ipsi quoq; Deum, ut nobis gloriã & gratiã dare dignetur, & uirtutis

328 IN DANIELEM PROPHETAM
aceruditæ doctrinæ studio, tueatur quisq;
personam suam, ne sit ludibrio. Semper au-
tem persuasum habeant ueritatis studio-
si, gloriam, non infamiam & calamitatem
esse, ueritatis causa apud mundum malè
audire.

2. *Εὐεργεσία*, seu Beneficentia, à qua boni
Reges & Principes dicuntur *εὐεργεταί*, bene-
fici, Luc. 22. 25. Ut autem arbor illa omni ge-
neri terrestrium & uolantium animantium,
alimenta præbuit: Sic decet pium Princi-
pem, qui non differt à bono Patre, alimenta
subiectis non adimere, sed potiùs larga ma-
nu subministrare.

Thesis. Regnum conceditur Regi, Dei
nutri, *πῆς εὐεργεσίας, ἀπὸ τῆς ὑβρίων*: ad beneficen-
tiam exercendam, non autem ad subditos
contumelia afficiendos.

Est autem nostri quoque muneris bene-
facere fratribus, uel re, uel consilio, uel hu-
manitatis officio. Iuxta dictum: Porro, ne
benefaciendo segnescamus: tempore enim
suo metemus, si non elanguerimus. Nemp-
pe igitur dum tempus habemus, simus be-
nefici erga omnes, maximè uerò erga do-
mesticos fidei, Gal. 6. 9. 10.

3. Animus à *προσωποληψία* planè alienus: iu-
stus & suum cuique tribuens locum. Scio
hæc

hæc esse allegorica, sed tamen quum uenustissimam imaginem habeant, digna sunt quæ explicentur.

Vt hæc ingens arbor auibus & bestiis hospitium cõueniens exhibuit, & aduersus cęli iniurias tutata est: sic decet Magistratum, subditis, quorum magna est uarietas, debita officia tutelæ & defensionis aduersus iniustam sine personarum respectu, cõstanter & prudenter præstare.

Thesis. Tutela & defensio subiectorum, iudicia, præmiorum & pœnarum dispensationes, iustè citraque personarum respectum, præstari debent à Regibus & Magistratibus.

Sciamus autem ordines & gradus hominum, quos diuina sapientia, boni publici causa, sanciuir, nobis magnificandos & amandos esse: suum cuique locum, ceu stationem à Deo assignatam, esse relinquendam: nostro loco mādatas operas gnauiter & eleganter præstandas: & unice hoc agendū, & à Deo oprandum esse ut labor noster non sit inanis in Domino, sed seruiat ipsius laudi & nostræ aliorumque instaurationi. Ne pudeat nos sortis nostræ etiam si ea humilis uidetur: Discipuli enim Iesu Christi, qui est ueritas quum simus, *ωρι ανη*

330 IN DANIELEM PROPHETAM
θεας νοι υπερ ανθρας λεγαυ adde etiam ^{πρωτη}
perhonorificum nobis esse ducamus.

Leſſio 59.
2. Decembr.

VERSVS 23. 24. 25. 26.

Quod autem vidit Rex vigilem & sanctum, descendentem de caelo ac dicentem: Excindite arborem istam, ac perdit eam, verum stirpem radicem eius in terra relinquit, & cum vinculo ferreo chalybeoq; sit apud teneram herbam agri: ut rore caeli intingat, & cum pro bestijs agri sit portio eius, vsq; dum septem tempora transeant supra eum. Hac interpretatio est Regis, & decretum Excelsi est, quod superuenturum est Domino meo Regi. Nam te depellet homines a se, & cum bestijs agri futura est habitatio tua, herbamq; ut bobus gustandam tibi dabunt, & rore caeli te intingent, septemq; tempora efficiant ut pretereant te: vsq; dum noscas dominari Excelsum in regno hominum, & cui vult dare illud. Quod autem dicebant relinquendam stirpem radicem illius arboris, regnum tuum tibi stabile erit, ex quo agnoueris Caelos (id est, Deum caeli terraeq; conditorem) dominari.

Propo.

Propositio. Tu ô Rex Nebucadnezâr, peccatorum tuorum dabis pœnas, rectè mentis lumine aliquandiu priuatus, & in brutorum sortem redactus: donec Deo te respiciente, ad rectâ mentê, rediens, Deo gloriâ dederis, & in integrû restituaris. Obseruabimus autê in his uersibus, hæc omnia.

1. Picturam allegoricâ rei maximæ. Sicut excelsa & pulcherrima arbor deiecta, cœli obnoxia iniurijs, decus suum amittit: si tamen truncus cum radicibus remaneat, tandem iterum succrescere & efflorescere potest. Sic tu quoq; Rex maxime, amisso recte rationis usu, dignitate regia excides quidê: sed tamen Deo te respiciente, ipsi gloriam dabis & pœnitentiam ages, dignitatemq; recuperabis.

2. Qui sint tantæ rei Testes & administri, Angeli uidelicet, qui cur uocentur Vigiles & Sancti suprâ dictum est.

Thesis. Si beati Angeli lætâtur super uno peccatore resipiscente, Luc. 15. 10. cui dubiû esse possit, illis dolere plurimû, si quem *ἀμάρτανον* esse uideant. Hos illorû affectus, & in primis *ἐπιχαίρειν ἀδίαρ* nos imitari decet.

3. Quis eiusdê auctor primarius sit. Deus uidelicet excelsus, qui Regû Rex est & Dominus Dominantium.

The-

Thesis. Deus nō minus in Reges & Principes animaduertit, quā in inferioris ordinis homines, quando peccant, Psal. 65. 5. Dixi infanis, ne infaniatis; & impijs, ne extollatis cornu: ne extollatis in excelsum cornu uestrū, neq; loquamini collo pingui. 7. quia neq; ab Oriente, neq; ab Occidente, neq; ab Aquilone uenit exaltatio. 8. quoniā Deus iudex est, qui hunc humiliat, & illum exaltat.

4. Quę pœnæ species fuerit: Amentia uidelicet, quā comitata est dignitatis regię amissio, belluina uita exposita iniurijs cœli,

Thesis. Qui recta ratione, & potestate in subiectos, diu multumq; abusi sunt ad Dei & Hominum contumeliam, iusto Dei iudicio tantis uitæ & dignitatis præsijs orbati, in brutorum sortem abiectissimam rediguntur, & hominum ac tempestatum iniurijs, meritò obnoxij fiunt,

5. Quā diuturna sit hæc calamitas futura. Septem tempora præteribunt te. Sunt qui de septennio accipiant.

Thesis. Ut præmiorum dispensationi, sic quoq; pœnarum exequutioni, sua quædam temporum momenta, diuinitus sunt præstituta, quibus utraq; terminantur.

6. Quo fine & cōsilio Deus ista facturussit,

fit, uidelicet ut malis suis doctus Nebucad-
 nezar, agnoscat Deū excelsum superiorem
 se. Cœli autem uocatur Deus, creationis &
 conseruationis eius causa: ut & Luc. 20.
 4. Baptisma Iohannis è cœlo (id est, à Deo
 ne erat) an ex hominibus.

Thesis. Magna quidem mundi Regū di-
 gnitas est, nisi tamē sese submittat sub po-
 tenti manu Dei: re ipsa experientur, Deum
 opt. max. in ipsos quoq; ius supremum &
 planè inuictum obtinere.

7. Quo pacto mitiganda sit pœna. Relin-
 quetur stirps arboris cum radicibus, ut rur-
 sum pullulare, efflorescere & fructum ferre
 possit. Hac imagine admonitus fuit Rex,
 de pœnarum mitigatione.

Thesis. Pœnas moderatissimè infligit
 Dominus, non ut perdat, sed ut corrigat
 quos illi uisum est. Idè apud Abacucum
 dicitur Deus, in ira recordari suæ miseri-
 cordiæ.

V E R S V S 27.

Lectio 60.

Decemb. 4.

*Quapropter, ô Rex, consiliū meum
 placeat tibi, & peccata tua iusticia
 abrempe, & iniquitates tuas gra-
 tia erga afflictos: si (fortè) erit proro-
 gatio tranquillitati tuæ.*

Duo

DVo in hoc uersu ordinè tractabimus, Sententiam genuinam Consilij Danielis, & sophisticã Opinionẽ, quam ex deprauatione uerborum Danielis Iesuitæ petunt.

Rectè dicitur ueteri Prouerbio: *Res sacra consilium*. In hoc autem consilio, primùm finem: deinde eum, cui consilium datũ fuit: postremò, consiliũ, perpendemus. Meminerint autem Studiosi, præclare dictum ab Aristotele, in 2. Rhetoricorũ: Cõsiliũ non est de fine, sed de ijs quæ sunt ad finem.

1. Finis erat, Prorogatio tràquillitatis regis Nebucadnezar: cui impèdebat maxima calamitas, eò quod fasces Deo hætenus nõ submisisset. Exemplũ autem huic ex parte non dissimile de Achabo rege Israël habetur, 1. Reg. 21. 29. Vidisti, ait Dominus ad Eliã, quòd humiliauerit se Ahab à facie mea? propterea quòd humiliauit se à facie mea, nõ inducam malum in diebus eius: in diebus filij eius inducam malum super domum eius.

2. Datum autem fuit hoc consilium Regi, nondum ad Deum uerè cõuerso, quod obseruare magnopere interest. Etsi autem nõ inficias eo, me ex superioribus historijs, de Nebucadnezaris, erga Daniele[m] & Sodal-

tes eius benignitate, ex edicto de non blasphe-
mando iudæorum Deo & alijs qui-
busdam collegisse aliquando, prius Nebu-
cadnezarem conuersum fuisse, quàm secun-
dum quietem Somniũ hoc uideret: tamen,
ut non nisi post grauissimam in se Dei ani-
maduersionem, uerè conuersum credam,
his causis moueor.

I. Quòd securus animi fuit, vers. 4.

II. Quòd somnio territus Magos omni-
um primò consuluit, 7.

III. Quòd Belum Deum suum uocauit, 8.

IIII. Quòd à Domino grauissima pœna
affectus fuit ob superbiam & tyrannidẽ, 33.

V. Quòd diserte fassus est, se malis domi-
tum, relipuisse, & tum demum Deo dedisse
gloriam, 34.

3. Consilium. Ut ne impofterum uox ty-
rannide tua oppressorum, ad cœlũ clamiter,
age, benefactis malefacta, crudelitã huma-
nitate, pensato. Ratio huius consilij hæc est.

Contrariorũ contraria sunt cõsequentia.
At qui tyrannidem in subiectos, belli pa-
cisq; temporibus exercere non desinit, ac-
cerit sibi eas pœnas, quas etiam oppressi à
iusto iudice Deo irrogari petunt.

Ergo qui iniusticiã abrũpit iustitia: & ini-
quitates missas faciẽs, gratiã seu misericor-
diam

336 IN DANIELEM PROPHETAM
diam declarat, pœnas illas non accersit: habetq; qui Deum, ut illius misereatur, exorare cupiant.

Sententia itaq; huc redit, Quum exactio-
nibus grauissimis, direptionibus alienarū
facultatum, ferro & flamma longo iam tē-
pore, & tuis Subditis, & alijs populis, tot
tantorumq; malorum auctor fueris: ut uox
sanguinis à te fusi ad cœlum iam pridē cla-
mauerit: & Ecclesia populi Dei tyrannide
abs te oppressa, uehementer ingemiscat:
uide sis ut quamprimū tyrannidi nunciū
mittas, humanum & munificum erga om-
nes te præstes: lenias dolores & ærumnas
publicas, quarum auctor hastenus fuisti: &
benè de omnibus, quoad eius fieri potest,
mereri studeas.

Iesuitarum Sophisma pro tuenda operū
Iustificatione. Daniel Regi consulit, ut pec-
cata sua redimat iusticia, seu Eleemosyna,
& iniquitates, miseratione erga pauperes.

Ergo Eleemosyna & alia bona opera me-
rentur remissionem peccatorum.

Anrequam ad leptolegma respondeam,
Demonstrationem de gratuita Iustificatio-
ne, præmittam.

Aut ex operib. Legis iustificatur homo,
aut fide, gratis, ppter Christū. Atqui scimus,
ait

ait Paulus, nō iustificari hominē ex operibus legis, Gal. 2. 16. Iustificatur igitur fide, gratis, propter Christum: quoposito, manifestum est Iesuitas quando Danielis uerba ad Nebucadnezarem, detorquent ad iustificationis negocium, uim illis facere.

Sed iam ἀναλυτικῶς retexamus, Iesuitarum Sophisma, tanquam funiculum ex harena contextum.

1. Finem consilij Danielis non obseruant, qui non erat iustificatio Regis coram Dei tribunali, sed seu prorogatio tranquillitatis & gloriæ illius καὶ τῆς ἀσφαλείας: seu mitigatio impendentis pœnæ.

2. Nec etiam Subiectum, hoc est, eum cui consilium hoc datum fuit, rectè considerant Iesuitæ. Etenim de Nebucadnezare ut de homine conuerso loquuntur: quū tam eo tempore Ethnicus & idololatra esset, fidei, sine qua nemo Deo placere potest, expers. Qui ab eiusmodi homine, opera Deo placentia requirunt, ab asino lanā, & à pumice aquam postulant. Non enim præcedunt bona opera iustificandum, sed sequuntur iustificatum: ut præclare dixit Augustinus: Scio ethnicos humanitatis officia & externa secundæ Tabulæ Decalogi opera præstare potuisse: sed nego eā

338 IN DANIELEM PROPHETAM
referri posse inter causas iustificationis:
quum sint imperfecta, & sæpè non nisi uan-
næ hominum gloriæ seruiant.

3. Consilium autem Danielis ijdem nõ
expendunt. Quid enim hominibus per ty-
rannidem oppressis, Regi sibi malè cõscio
sit præstandum, Propheta indicat: non au-
tem quibus modis peccatorum remissio
promerenda sit, ostendit. Erant humanita-
te & magnificentia regia recreandi, & ex-
hilarandi, qui diu tyrannide oppressi fue-
rant: ut ne pro uindicta diuina uota concie-
perent. Verè enim cecinit quidam ex ue-
teribus:

*Clamitat ad cœlos vox sanguinis, & Sodomorum,
Vox oppressorum, merces detenta laborum.*

Sunt autem uiri quidam docti, qui, pec-
catorum uoce, *μετ' ὀνυμικῶς* pœnas designatas
iniurijs affectos, & Deum iudicem & iudi-
dicem implorantes, referre malint: ac di-
cant hanc esse sententiam: Beneficentia er-
ga abs te diu multumque afflictos, redime-
impedentes pœnas: Sed tamen, salua eo-
rum pace, malim, peccata propriè intelli-
gere: quia in *ἐπιζητήσια*, nõ pœnæ, sed iniquita-
tes, uocâtur & opponunt iusticiæ: id est, be-
nefaciendi studio & officijs, non aut præ-
mijis.

mijs. Deinde omisso redimēdi uerbo, quod
ansam præbuit suspicioni de meritis, ma-
lim abrūpendi uoce uti: quia Propheta Re-
gem hortatur, ut tandem aliquando desi-
nat malefacere subditis, & incipiat de ijs-
dem benefaciendo, præclare mereri.

Etiã autem hæc certissima sunt, tamen
Iesuitæ dubitationis, de gratia Dei erga
nos, nomine, de iure manu confertos nos
uocant, & ita arguantur.

Propheta dicit ad Regem: *Forſitan erit me-
delà delicti tui.* Igitur non est fidei *πληροφορία* es
iſmodi ſtatuenda, ut non dubium ſit, nos
in gratia eſſe apud Deum.

Reſpondeo eſſe *ψωδὸ γρηγορίας* in argumen-
ti Antecedente. Aduerbiū enim *forſitan* in
Chaldæo textu non ita exprimitur: eo que
nomine dubitationi non patrocinator. In-
terdum tamē adhibetur illud aduerbiū,
ut humanarum uirium imbecillitas decla-
retur, non autem ut inuicta & omnipotēs
Dei uirtus in dubium uocetur. Ita Chaleb
ad Iosuam dicit: *Forſitã Iehouah erit me-
cum, ut expellam Cananeos, Iosuæ 14. 12.*

V E R S V S 28.29.30.

Lectio 61.
6. Decemb.

Totum hoc superuenit Nebucad-
nezari Regi. Exactis mensibus duode-

γ 2 cim,

340 IN DANIELEM PROPHETAM
cim, in palatio regni Babylonie ob-
ambulabat, & proloquens Rex dice-
bat: An non hæc est Babylon illa ma-
gna, quam ego ædificavi, ut esset re-
gia & ornamentum decoris mei, ro-
bore potentiam meam?

HOc loco orditur Propheta noster hi-
storiam de euentu Somnij & denun-
ciationis de pœnis, quas tyrannidis
& superbiæ causa dedit Rex Nebucadne-
zar: & quibus domitus resipuit, Deoq; de-
dit gloriam.

Propositio est. Quæcunq; & de impen-
dente calamitate Regi Nebucadnezari &
de eius mitigatione, Daniel prædixit: ea o-
mnia *αὐτῷ ὡς ἔργον* sunt adimpleta.

Sunt autem historiæ istius hæ partes, de
quibus ordinè nobis agendum erit.

1. Propositio de euentu totius istius ne-
gocij, *uers. 28.*

2. *Τὸ πένταρτικόν*, de postremo Superbiæ
Regis Nebucadnezaris paroxysmo, quo
Dei *ὡς ἔργον* ἀδυσία, prouocata fuit, *29. 30.*

3. Sententia cœlitè pronūciata, de pœ-
nis, quibus Rex iam iam esset afficiendus,
31. 32.

4. De exequutione sententię decisivę, *33.*

5. De

5. De pœnitentia quam egit Nebucadnezar, 34. 35.
6. De Regis in integrũ restitutione, 36.
7. Doxologia, ueritatis, uirtutis, iusticiæ Dei, 37.

1. De euentu propheticae denunciationis.

Disertè testatur Daniel, id omne Regi Nebucadnezari euenisse, quod à Spiritu sancto edoctus, ei prædixerat.

Thesis 1. Magnum est euidentię prophetorum oraculorum argumentum, quòd eis ad unguem euentus respondent.

Delphicorum & aliorum cõmentiorum oraculorum, quum non esset eadem *Missæ in Iesatio*, Sathan nõ nisi *ἠπαμφοτείσοντα* dictauit, *hũ celebrata à Papa.* ut hominum stulticiã, uelut Orci galea, tenere & excusare posset sua mendacia.

Thesis 2. Comminationes Seruorũ Dei, *Domine stes securus, &c.* quibus denunciantur pœnæ peccantibus infligendę, nequaquam sunt fulgur è pelui & euanidæ. Ideò non sunt parui faciendæ. Ut quũ Micheas Achabo, bellum Syrię Regi inferenti, exitium imminens prædixit.

2. Τὸ πνευματικόν.

Quemadmodũ uitiosi humores diu multumque collecti, accedente aliqua inflam-

342 IN DANIELEM PROPHETAM
 matione, aut alia procatartica causa, pa-
 riunt morbos acutos, in humanis corpori-
 bus: sic impietas & iniusticia hominum, ubi
 accessit enorme aliquod facinus, aut
 vox impia, fatales & horribiles pœnas ac-
 cerfit: ut est uidere in hoc Regis Nebucad-
 nezaris exemplo, quo utinam afficiamur
 omnes: quum nos non fugiat eos demum
 feliciter sapere, qui alieno malo & pericu-
 lo sapiunt.

Initiò autem hypothesin de Rege Nebu-
 cadnezare, exponemus: deinde, admoni-
 tionis nostræ gratia, *ἢ σίη* explicandam ag-
 grediemur. Dominus Iesus nos erudiat.

*Superbie Nebucadnezaris, qua Deum tan-
 toperè offendit.*

1. *Ἄλτιος* fuit, uana persuasio in Mente,
 qua fasciatus, iudicauit se unum esse *ἄτοπος*
κράτορα & Monarcham supremum, cui nul-
 lius, tanquam superioris iudicium metuen-
 dum esset: & cui ius fasque esset, quicquid
 semel placuisset.

2. *Σωάντιος* fuit, uoluntas blandiens ei-
 dem, & *φιλαυτία* uehementer approbans,
 alios autem omnes nihili faciens.

3. *Συέργος*, fuit multiplex, opes regiæ,
 potètia summa, successus magni, eorumque
 me

memoria & admiratio, promptum ministere-
 rium multorum clientum, & alia, quæ om-
 nia, *κατὰ συνδολὸν* designata sunt hisce uer-
 bis: *robore potentiae meae.*

4. Finis fuit *εὐποδοσία*, & splendor uitæ:
 de quibus Rex dixit: *ut esset regia & ornamen-
 tum decoris mei:* Hoc est, ideò Babylonem, o-
 pibus multarum gentium locupletatam,
 Palatio omnium magnificentissimo & mul-
 tis pulcherrimis & augustissimis edificijs,
 ornatissimam esse uolui, ut esset instructis-
 sima omni bonorum genere & amœnissi-
 ma regia mea sedes, in qua summa cum glo-
 ria, interq; medias delicias, mihi uiuere &
 agere præcipuæ uoluptati esset.

5. Obiectum fuit, Babylon urbs regia,
 de qua alibi satis multa nobis dicta sunt.
 Ceterum hoc loco illud monere libet, non
 minus peccare Principes, quando floren-
 tissimis urbibus uastandis, ciuibus ad e-
 gestatem redigendis, modum finemq; nul-
 lum faciunt: quàm quum non sine sangui-
 ne & sudore prouincialium, eas sic exor-
 nant, ut quot earum *μαρτυρία* ornamenta sunt,
 totidè sint Characteres publici tyrannidis,
 iniustarum exactio-
 num, & laborum quos mi-
 seri subditi exantlau-
 erunt, liberis, coniugi-
 bus re-
 q; familiari sua interim neglecta.

Lectia 62,
Decemb. 7,

344 IN DANIELEM PROPHETAM

Quum hoc loco infigne exemplū Superbiæ uiri Principis, occurrat, primum *ἡμῶν* de Superbia nonnulla dicam: deindè, quàm sit ea Theologiæ studiosis noxia, ostendam, ut eam ceu canem & anguē nobis odio habendam & fugiendam, intelligamus. Faxit is, qui dixit: Discite à me quòd mitis sim & humilis corde, Matth. 11. 29. ut quid de Superbia & ei opposita humilitate seu Modestia, nobis non solum theoricè statuendum, sed etiam practicè agendum sit, magno nostro bono, discamus.

De Superbia tenendi sunt hi Aphorismi.

1. *Divinum ἀξίωμα Superbia sibi vendicat.*

Dei hæc propria in quarto modo dignitas est, neminem alium agnoscere parem, nedum superiorem. Iuxta dictum: Ego Iehouah, hoc est nomē meum, gloriam meā alteri non dabo, nec honorem meum sculptilibus, Isa. 42. 8. Itē: Beatus & solus princeps, Rex regum, & Dominus dominorū, 1. Tim. 6. 15.

Superbia autem hominem sic inflat ut semper uelit *ἀειδῆν καὶ ὑπεροχῆ ἑμῆς καὶ ἀλλοτρῶν*: ut se hominem esse quodammodo obliuiscatur,

scatur, Psalm. 9. 21. Pone Iehouah timorem
 eis, sciant Gentes quòd homines sint. No-
 tæ sunt historiæ de C. Caligula, de Domi-
 tiano & alijs qui se tanquam Deos haberi
 & coli uoluerunt: de Hadriano Imp. qui a-
 madium suum Antinuum, in Deorum nu-
 merum retulit: de Thasij qui per *ἀπεθίσωσις*
 Agesilaum in Deorum classem suis calcu-
 lis retulerunt: quibus tamen ille satis face-
 re respondit: Seipso prius Deos facerent,
 quàm alijs diuinitatis priuilegium, miseri
 conferrent.

2. *Superbia, nihil non se inferius esse
 ducit.*

Facit enim, ut homo superbus *ὡς ἀπὸ οὐρα-*
 23, omnes alios iudicet: alienas dotes flocc-
 cipendat: ponat in cælum os suum & lin-
 gua sua perambulet terram: ac ut collo pin-
 gui loquatur, omnibusq; alijs monosylla-
 bus sit: ut habet Prouerbium.

3. *Superbia, in totius vite schemate se-
 se venditat.*

Facit enim, ut homo superbus, tanquam
 fastuosus Maximus sic ingrediatur solo ut
 caput inter nubilia sibi condere uideatur:
 ut pro imperio omnia dicat & agat: ut de

346 IN DANIELEM PROPHETAM
futuris temerè pronunciat: ut sua tum di-
cta tum facta, magnoperè miretur, & ple-
nis buccis deprædicet.

4. *Superbia finis est laqueus obficia.*

De ambitione & uana gloria obseruent
Studiofi hæc dicta.

Ambitio, pessimus dæmon: teste Ba-
filio.

Ambitio cæcos reddit homines: ut Chry-
sostomus dixit.

Potestatis ambitio Angelū potestate An-
gelica priuauit: scientiæ appetitus hominē
immortalitatis gloria spoliavit: nō Euam
cibus deflexerat, non mandatorum desti-
tuerat obliuio, sed promissi honoris ambi-
tio illecebrosa decepit: ut Bernardus pro-
nunciauit.

*Videamus iam quot modis Theologiæ studio-
sis noxia sit superbia.*

Primū eo nomine nocet plurimū,
quod seu minuit seu tollit Dei timorē: qui
tamen sapientiæ initium est. Theologiæ
Studiofi, sapientiæ studiofi sunt, cuius fun-
damentum est humilitas seu modestia, ut
præclare dixit Chrysostomus.

Secundò, nocet uehementer: quia facit
ut Superbus non tanti æstimet doctrinam,
quan-

quanti eam facere debebat. Hæc nimirum
caussa est tum aliorum malorum, tum etiã
negligentiæ in frequentandis Concioni-
bus & Lectionibus sacris, Disputationis
Theologicis & alijs exercitijs pietatis, in-
uocationis Dei, gratiarum actionis, &c.

Tertiò, magnopere obest, dum licentiã
indulgendi genio, iræ, cupiditatibus iniu-
stis, parit. Atqui non solùm discenda est
Theologia, sed etiam exercenda: nec ma-
ior nobis habenda est ratio scientiæ quàm
conscientiæ: mentis, quàm manuum: inge-
nij, quàm uitæ & morum. Quid prodest, in-
quit Nazianzenus, manibus uinctis arma-
re linguas?

Quartò obest: quia facit ut diligant su-
perbi gloriam quæ est apud homines, non
aut eam quæ Deo probat. Iuxta illud: *ὁ ὑψῶν
οὐ φροῖσῶν, ἡ δὲ ἀγάπη οὐ κοδοῦναι*. Sciëntia inflat, Cha-
ritas uerò ædificat, 1. Cor. 8. 1.

Faxit Dominus noster Iesus Christus, ut
modestiæ amãtissimi simus, & scientiã cū
charitate coniungamus, ut per nos Deus
celebretur & Ecclesia ædificetur, Amen.

VERSUS 31.32.

Lectio 63.

9. Decembr.

*Adhuc sermone illo versante in
ore Regis, vox è cælo accidit, dicens:*

Tibi

Tibi indicitur Nebucadnezar Rex, regnum hoc discedere à te: et homines te depulsuros à se, ut cum bestijs agri sit habitatio tua: herbam sicut bobus gustandam tibi daturus esse, & facturos ut septem tempora prætereant te: usque dum agnoscas dominari excelsum in regno hominum, & cui vult dare illud.

HI duo uersus complectuntur sententiam, de Regis Nebucadnezaris supplicio, è cælo palàm factam & promulgatam, ut Princeps alioqui maximus, re ipsa doctus, intelligeret, sibi esse Dominum se superiorem.

Observabimus autè ordinè hæc capita.
 1. Quòd è cælo promulgata sit sententia hæc, de pœna, qua rex afficiendus erat. Palàm enim est ira Dei è cælo, aduersus omnem impietatem & iniusticiam hominum, Rom. 1. 18. In horum autem numero sunt & Principes.

Thesis. Scelera, quæ in his terris perpetrantur, cœlitùs dijudicantur, & scelestæ ægentes condemnantur.

2. Quòd aduersus summum inter homines Monarcham, tùm lata sit sententia. Neque

que enim apud Deum ullus est personarum respectus, qui uindemiât spiritum Principum, & terribilis est Regibus terræ, Psalm. 76. 13. Effundit contemptum in Principes, & errare facit eos in inanitate, sine uia, Psalm. 107. 40.

Thesis. Idem Iudex Deus, sententiam fert de summis & de infimis: nec eius iudicium quisquam potest euitare, Psalm. 139. 7. Quò proficiscar à tuo spiritu, & quò à facie tua fugiam?

3. Quòd sententia illa, pœnarum gradus quosdam complectatur: quorum primus est amissio regiæ dignitatis & regni: secundus, hominum antehac subiectorum, uis & rebellio: tertius, belluina cõditio in quàm redactus fuit Rex: sicut gramen bestię cuiusdam instar uoraret.

Carendo autem quum discât homines, quàm chara sint bona: ut alicubi uerè dixit Cicero: sententia hæc quibus bonis carendum Regi sit, ostendit.

Principi uiro hæc bona maximi faciendæ sunt.

Primùm, honos dignitati illi debitus.
 Secundùm, amor & obediētia Subditorũ.
 Tertium, Rectæ rationis lumen illustre, quo bestias homo præcellit.

Thesis.

350 IN DANIELEM PROPHE TAM
Thesis. Dei solius est maiestatem regia,
benevolentiam Subditorum & rectæ Ra-
tionis lumē & usum eius, ijs, qui tantis bo-
nis abusi sunt, adimere.

4. Quòd certo tēpore duratura sit hæc
ingens calamitas: Septē uidelicet tēporib.

Thesis. Misericordiæ diuinæ magnum
documentum est, certo solū tempore pu-
nire eos, qui æterna promeriti fuerant tor-
menta.

5. Quòd certa lege sit in integrum re-
stituendus: Quum uidelicet agnouerit do-
minari excelsum in regno hominū, & cui
uult dare illud.

Thesis. Principis est uirtus maxima nos-
se Deum. Tum autem uerè nouit Deum,
quando ipsum superiorem agnoscit, nec
dubitat ab eo uno conferri ciuiles digni-
tates & functiones. Ita nos quoque Pauli
dictum: Quid enim habes, quod non acce-
pisti? Omnia animi & corporis: Spiritua-
lia & corporalia bona, ipsi soli accepta fe-
ramus, & ad illius gloriam & nostram ac
proximorum utilitatem, referamus.

VERSUS 34.

Lectio 64.
30. Decibr.

*Eadem hora uerbum illud comple-
tum est in Nebucadnezare: nã ab ho-
minibus*

minibus depulsus herbam ut boues comedit, & rore caeli corpus eius intinctum est, usq; dum pili eius ut aquilarum plumæ excreuissent, & unguis eius ut auium.

DE executione sententiæ diuinæ, in hoc uersu agitur.

Sententia est, ea, quæ Regi comminatus fuerat Altissimus, re ipsa statim fuerunt completa: nam Rex ob furorem maniacum, ab hominibus pulsus, belluarum more uiuere & agere cœpit.

Duo autem hoc loco ordinè perpendemus, Tempus Supplicij: & eius formam: quia in his circumstantijs lucet, admiranda Dei uirtus & iusticia: & omnia quæ dicuntur egregiè faciunt ad nostri admonitionem & correptionem.

Tempus supplicij.

Thesis. Deus, siue acceleret pœnas fatales, siue aliquandiu differat, tēpestiuè semper agit.

Exempla.

Nebucadnezarem Regem, ea ipsa hora qua cum thraasonico fastu, sese uenditauerat, amentia percussit.

Herodes Agrippa, quum se Deum dici passus

352 IN DANIELEM PROPHETAM
passus esset, statim ab Angelo percussus,
phthiriasi laborare cœpit, qua paulò post
extinctus fuit, Act. 12. 23.

Pharaonem Regem Ægypti, decem hor-
ribilibus plagis diu multumq; diuexatum,
Deus tãdem, in mari rubro suffocari & mi-
serè perire, iusto sanè iudicio uoluit.

Sæpenumerò autem lento gradu ad sui
uindictam diuina procedit ira, sed tardita-
tem supplicij, pœnæ grauitate compensat
ut Valerij Maximi utar uerbis.

Quorsum hæc tendunt?

Vt ne unquam Deo irascamur, quòd ini-
terdum diu fert improbos *θροναίους*, se con-
tumelia afficientes, & Ecclesiam Dei ua-
stantes & persequentes. Sicut enim non
est nostrum, Deo præscribere modum di-
spensandi præmia, quæ ab illius gratia ad
nos redeunt: ita nequaquam nostrum est
statuere, quo tẽpore & quibus modis seu
pij, quum deliquerunt, castigandi: seu im-
pij, quando peccatum commiserunt, pu-
niendi sint. Vt autem ipsi hoc præstemus,
è re nostra fuerit, si in nos ipsos descende-
rimus, & censuram uitæ nostræ seueram e-
gerimus. Tam multa enim offendemus,
quæ ipsi iurè in nobis desiderare poteri-
mus;

mus, ut caussa maxima sit, cur immentam
 erga nos Dei misericordiam potius nobis
 celebrandam & gratulandam censeamus,
 quam curiosè in Dei iudicia inquirentes,
 qua ratione ipsi tractandi sint impij homi-
 nes, summè sapienti Deo monitores stulti,
 indicemus.

Forma supplicij.

Existimo furore maniaco laborare cœ-
 pisse Regem, qui etiam in eo, tantus fuit, ut
 nec ipse ab hominibus ferri posset, nec ipse
 eis adesse & *ἐπινοῦν* uellet, eoq; nomine de-
 stitutus necessarijs humanitatis officijs, bel-
 luinam ageret uitam.

Non enim, per miram quandam *μεταμόρ-
 φωσιν*, ex homine in brutum animal, specie
 differens commutatum fuisse Nebucadne-
 zarem hisce rationibus probo.

1. Quia belluinę solū uictus rationis, men-
 tio fit.
2. Quia sors bestiarum, quæ cœli iniurijs
 sunt obnoxia, non autem naturæ *ταύτοτης* il-
 li tribuitur, quando pili & unguis eius ita
 excreuisse, perhibentur
3. Quia in descriptione restitutionis e-
 iusdem in integrum, disertè dicitur, subla-
 tis suis oculis, menteq; ad se reuerfa, Altis-
 simo dedisse gloriam. Vnde colligo fuisse
 z mania-

354. IN DANIELEM PRŌPHĒTAM
maniacum, non admodum dissimilem est,
cuius mentio fit, Marc. 5. 2. 3. 4.

Thesis. Quando mens hominis sana non
est, tū uerò nec corpus benè habet, nec ex-
terna bona hominis usibus rectè seruiunt.
Ideò Deus orandus nobis est, ut mentè sa-
nam in corpore sano, nobis esse uelit: sic eni-
m fiet, ut nec externa bona nobis de-
sint. Ideò rectè dixit Cicero: Opus est te ani-
mo benè ualere, ut corpore possis.

Thesis altera. Ægritudinis animi incom-
modorum gradus quidam sunt. Ut enim æ-
gris corporibus, etiā dulcia, non rarò uide-
tur amara: sic æger animus semper errat, ac
salutaria pro noxijs, uera pro falsis, habet.
Deinde, ne corporis quidem ratio habe-
tur, quum Mens ægritudine laborat: sicut
est uidere in ijs, qui tum maximè corporib;
malè affectis sunt, quando *ἀναδινοία* labo-
rant, negantq; se ullo laborare incōmodo
aut dolorē. Postremò, qui animi & cor-
poris dotium, & harū usus nō potest ullam
habere rationem, quomodo idem facultates
sanè bonorum maior habetur ratio, quàm
cæterorum, quæ sunt inferiora. Atqui ij, qui
rectæ mentis non sunt cōpotes, animi &
corporis iustam rationem habere nequeūt.
Multò

Multò minus igitur externa bona ritè dispensare poterunt.

Quorsum hæc omnia spectant?

Vt discamus, Deo immortales gratias nobis agendas esse, quòd lumine rectæ rationis nos instruere dignatus est: & quòd illud in nobis non patitur extingui: deinde, ardentè eundem nobis orandū, ut nobis det temperantię donū, quo id in nobis cõferatur: & alia *ἁρισματα*, quæ regenerantis gratiæ propria sunt, ut ad naturæ lumē accedat gratiæ lumē & efficiat, ut eorū quę Dei sunt capaces fiamus. Detestemur etiã ex animo eorum hominū uanitatē, qui uanissimorū ludionū more, lumen naturæ, & atheorum Epicuræorum exemplo, gratiæ lumen, extinguerē conantur, nec eo quo decebat loco, Dei donum habent.

V E R S V S 34. 35.

Exactis verò tēporibus illis, ego Nebucadnezar oculos meos ad cælum sustuli, & mente mea ad me reuersa Excelso benedixi, & Viuentem in perpetuum laudauī ac glorificauī: quòd dominatus ipsius sit dominatus æternus, & regnum eius in omnes genera-

2 2 tiones:

Lectio 65.

21. Decēb.

356 IN DANIELEM PROPHE TAM
tiones: Omnes verò habitatores terra
ut nihili reputentur, & pro volunta-
te sua faciat in exercitu cæli, & habi-
tatoribus terra: neque est qui prohi-
beat manum eius, aut dicat ei, quid
facis?

DE Conuersione Nebucadnezaris Re-
gis, quam illius restitutio in integrum
subsequuta est, in his uerbis idem
agitur, ut discamus non posse rebus nostris
rectè consuli, nisi respiscamus serio, & Deo
demus gloriam. Iuxta illud Iesu Christi di-
ctum: Nisi respiscatis, omnes itidem peri-
bitis, Luc. 13. 3.

Cæterum ueræ Conuersionis ad Deum
ἀποστολήν κύριον est Deus, donum respicientiæ lar-
giens. Iuxta illud: Fac me conuerti, & con-
uertar: quia tu es Iehouah Deus meus. Ier.
31. 18. Causa impulsiva est primùm Lex, ac-
cusans peccatores: deinde, ignorantis, quem
cuiq; dedit Deus, uelut apparitorem. Subie-
ctum Conuersionis est uoluntas & cor ho-
minis: sicut monet hoc dictum: Scindite
cor uestrum, non autem uestimenta & con-
uertimini ad Iehouam Deum uestrum. Ioel
2. 13. Forma conuersionis exposita est ab Ie-
remia cap. 31. 19. Postquam enim conuersus
sum,

sum, pœnituit me: & posteaquam ostensus est mihi, percussi femur: confusus sum & erubui: quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Effectus conuersionis sunt, desinere malefacere, discere benefacere, Isa. 1. 16. 17. Pugnat cum conuersione, cordis obduratio, Psal. 95. 8. Ne obduretis cor uestrum. *Ista ὑποτακτικὸς* præmittere uisum est: nunc logicè ea subiiciemus, quæ de Conuersione, proposito Nebucadnezaris exēplo, hoc loco traduntur.

1. Symbolum quoddam resipiscētiæ fuit, quòd oculos cœlum uersus sustulit, qui antea uelut in belluinū quoddam barathrum, defixi fuerant.

Thesis. Oculi nobis duces esse debent ad *θεογνωσίαν*. Dei autem redemptoris cognitio cum eiusdem conditoris agnitione coniungi debet. Non enim satis est intueri cœlum, terram, sidera & animantia, & ex creaturarum consideratione colligere, cum Platone, Esse mentem quandam æternam, architectatricem, causam boni in natura, cuius sit æterna tum diuinitas tum potentia: sed etiam, opera restitutionis nostræ perpendere necesse est: ut discamus, cum Paulo Apostolo, Iesum Christum esse sapientiam nostram, iusticiam, sanctificationem

358 IN DANIELEM PROPHETAM
nem & redemptionem, 1. Corinthiorum 1.
vers. 30.

2. Subiectum, Mens humana, quæ reuer-
sa esse dicitur: hanc Augustinus, eleganter
fanè, animæ oculum, in Soliloq. uocauit.
Vt autem *καθ' υοῦς* oculum luce sua priuat, ut
corpori prælucere nequeat: sic mentis te-
nebræ, animæ caliginem inducunt, ut non
possit præesse homini: ac si accedat fu-
ror maniacus, etiam bestia deteriozem il-
lum efficit.

Thesis. Ad ueram conuersionem opus
est mente, non *ψυχικῆ*, qualis in Ethnicis sa-
nioribus fuit: sed *πνευματικῆ*: ut sit capax eo-
rum, quæ sunt Dei, 1. Cor. 2. 15.

3. Effectus & *τελεῖται* conuersionis fuit,
præclara *ἰσομολόγησις*, seu confessio, in qua
obseruabimus ordinè: primò quidem Pro-
positionem: deinde uerò Confirmationè.

1. Propositio.

Deum (ego Rex Nebucadnezar) celebros & ei
gratias reuerenter ago. In hac propositione di-
ligenter expendere cõuenit, Subiectum &
Prædicatum.

Subiectum est, Deus, quem Rex, ut se su-
periozem, Excelsum, seu Altissimum, *ὑψιστον*
deinde, Viuentem in perpetuum, ut eum
mortuis

mortuis & caducis Ethnicorum Idolis, opponat, nuncupat.

Prædicata sunt, *benedico* (id est, gratias ei ago, quòd me humiliavit, ut discerem iustificationes eius, Psalm. 119.) *laudo & glorifico*, ut Dominum meum, ut benè de me meritum, ut rectè semper agentem, &c.

2. *Confirmatio.*

Hæc tribus illustribus argumentis constat.

1. Is demum summè laudādus est, quem penes æternum in omnes Imperium est; non autem ij, qui non nisi breui tempore, paucis hominibus præsumt. Penes Altissimum, æternum est in omnes creaturas imperium: nos uerò *reges* Reges precario illius beneficio, non nisi ad tempus, paucis gentibus præsumus. Quare illi uni, nò nobis summa laus debetur.

2. Ei debetur honos & gloria summa, cui si omnes homines opponas, ut nihil reputari debent. At si Iehouæ omnes homines opponas, quasi nihil sunt. Isa. 40. 22. Is sedet super sphæram terræ, & habitatores eius sunt ut locustæ: qui extendit uelut telam cælos, & expandit eos tanquam tabernaculum ad inhabitandum, 23. Qui ponit

360 IN DANIELEM PROPHETAM
Principes in nihilum, Iudices terræ uelut
inane facit.

Sic igitur ei uni honos & gloria summa.
3. Meritò sanè ille potissimùm glorifican-
dus est, qui omnipotenti sua uoluntate, om-
nia exequitur iustissimè & moderatissi-
mè, in cœlo & in terra.

Iehouah hoc præstat: ut hoc loco dicitur:
*Pro uoluntate sua facit in exercitu cœli, & ha-
bitatoribus terræ.* Et Psalm. 115. 3. Certè Deus
noster est in cœlo, omnia quæ uoluit fecit.

Hanc Minorem probat Rex, Spiritu san-
cto accensus & illuminatus, primùm eò,
quòd nemo Dei manum extentam reduce-
re: deinde, quòd nemo in ipsius iudicia in-
quirere possit.

Ergo is solus glorificandus est.

Leclio 66.
13. Decet,

Constitui hac prælectione, Dei ueri
nomina quædam, quæ hoc loco oc-
currunt, ac eiusdem adiuncta quæ-
dam, breuiter explicare. Dominus Iesus
sancto suo Spiritu gubernet nos, & ducat
in omnem ueritatem.

1. Excelsus, Altissimus,
ὕψιστος.

Etiã in noui Testamenti libris, sæpe
numero

numero occurrit hoc Dei nomen: ut Luc. 1. 32. Filius Altissimi uocabitur: & Act. 7. 48. Sed Excelsissimus ille in manufactis Templis non habitat.

Meminerint autem Studiosi, in priore quidem dicto, nomen Altissimi, hypostaticè de Patre æterno: in posteriore autem essentialiter, de Iehouah, dici.

Iehouah enim Ἰησοῦς, siue Altissimus dicitur, non Personarum Trinitatis, sed Creaturarum, respectu: hæ enim omnes ei subiectæ sunt, ut Domino & conditori.

Thesis. Quum solus Deus sit altissimus, modestè nos ei subijciamus: memores pro uerbis: μή συτῆ θεός ἡμεῶν.

2. *Viuens in perpetuum.*

Vita Deo tribuitur, sic æterna ut eadem *Christus* αἰ- quoque sit ἀναρχῶς, & ut sit in Dei essentia, *τοῦ αἰ.* non participata, sed à seipsa, & uiuificans. Iuxta illud: In ipso uita erat, & uita erat Lux illa hominum, Ioan. 1. 4. Eo nomine dicitur, Deus uiuens & uerus, 1. Thess. 1. 9. uiuificans omnia, 1. Timoth. 6. 13. Hic enim, tam animalis quàm spiritualis uitæ, auctor est. Ac de animali quidem uita dicitur: Per ipsum uiuimus, mouemur & sumus, Act. 17, 28. sed de spiritali loquitur Paulus,

z 5 quum

362 IN DANIELEM PROPHE TAM
quum ait: Etiam quum per offensas mor-
tui essemus, unà uiuificauit nos per Chri-
stum, cuius gratia estis seruati, Ephes. 2. 5.

Cæterum idem Deus uiuens, mortificat
nos per afflictiones: & quum nos liberat, ui-
uificat: secundum illud: Iehouah mortificat
& uiuificat, 1. Sam. 2. 6.

Thesis. Ab eo in quo uira est, uiræ donū,
& eius instauratio, ortum ducit. Ideò ma-
gni nobis æstimanda est.

3. De æterno Dei Regno.

Etiam in Dominica oratione profire-
mur Dei esse regnum, potētiam & gloriam
in secula: & in Psalmis sæpè dicitur Ieho-
uam regnare æternum.

Thesis. Iehouæ æternum regnum, pijs
solatio est, impijs autem terrori. Nam il-
li sese Deum patrem & protectorem ha-
bere intelligunt & lærantur: hi uerò, iudi-
cem & scelerum suorum uindicem, sese ha-
bere experiuntur. Psalm. 99. 1. Iehouah re-
gnat, contremiscunt populi, &c. Sic tamen
hi contremiscunt, ut interim pij, Dei erga se
bonitatem celebrent.

4. De summa Dei maiestate.

Est quidem aliqua Principum terreno-
rum

rum maiestas & gloria: sed tamen si ea cum diuina conferatur, planè euanescet: sicut sidera, quæ Sole oriente, & fulgore suo omnia illustrante, conspicua esse desinunt.

Si enim finiti ad infinitum nulla est proportio, certè inter id quod (συγκρίσιως loquendo) nihil præ alio quodam est, & inter hoc quod summè est, nulla erit proportio.

Atqui terrenos Principes quasi nihilum esse, si cum Deo conferantur, certum est. Ratio huius Minoris ducitur à genere, de qua quicquid uniuersaliter dicitur, etiam de specie inclusa generi, dicitur. Omnes habitatores terræ quasi nihilum sunt Dei respectu: Ergo & Reges (qui certè ideo Aquilæ in nubibus, dicuntur: quia populos sibi subiectos & addictos habent, ut Pyrrhus dicebat) nihili reputantur præ Deo. Ergo, &c.

Thesis. Non eadem est Creatoris & Creaturarum maiestas.

5. De liberrima Dei actione.

Rectè is unus dicitur omnipotens & liberrimum agens, qui pro sua uoluntate facit omnia, siue circa inferiores creaturas occupatus sit, siue Angelos aut Homines, quorum

364. IN DANIELEM PROPHETAM
quorū summa est, inter Creaturas omnes,
dignitas, moderetur.

Iehouah Deus noster hæc omnia præstat,
potentissimè & moderatissimè. Quare il-
le solus, omnipotens & liberrimum a-
gens est.

Minor probatur. Nam primū quidem,
omnipotens est cuius extentam manum:
id est, uirtutem nemo potest reprimere: de-
inde moderationis & iusticiæ eius docu-
mentum est, quòd nemo hominum caus-
sam habet, cur Deo dicat: Cur facis hoc?

Thesis. Quum Dei uoluntas omnipotēs
& summè iusta sit, eidem nos reuerenter
subijcere, æquum & nobis salutare fuerit.

Valdè autem mihi placet Hieronymi
Zanchij illa diuinæ Volūtatis definitio, his
uerbis ab eo tradita: Voluntas Dei est libe-
rum, æternum, sapientissimum, ac immu-
tabile Dei decretum: tum de uniuersis ac
singulis rebus, quas condidit, ad certos fi-
nes, per certa media deducendis: tum de
malis, quæ non fecit, nempe peccatis, fieri
permittendis: idq; ad suam gloriam.

De diuinis Attrib. lib.

3. cap. 4.

V B R

VERSUS 36.

Lectio 67.

14. Decēb.

Eo tempore mente mea reuersa in me, & ad gloriam regni mei capeſcendam decore meo, & ſplendore meo reuerſo in me: Tum me gubernatores mei & proceres mei requiſiuerunt: & in Regno meo ita confirmatus ſum, ut amplitudo maior addita ſit mihi.

Sententia eſt, Poſtquam conuerſus ſum ad Deum, & ab eo in gratiam receptus ſum, eueltigò res meæ meliùs habere cœperunt: & mentis ſanitate recepta, reſtitutus ſum in integrum, ac poſtea multò maior fuit regia mea gloria, quàm unquam antea fuiſſet.

Thēſis. Eximia Dei donã ſunt, Conuerſio ad Deum, Mens ſana, Hominum præſtantium ſtudium & amor, Recuperatio amiſſæ dignitatis, & denique eiùdem amplificatio. De his autem quinque donis Dei, breuiter ad auctoris laudem nonnulla dicam.

1. Vera conuerſio, ut Dei eximium donũ eſt: ſic felicitatis humanæ ueluti baſis quædam eſt.

Thren.

Thren. 5. 20. Conuerte nos Iehouah ad te, & conuertemur: in noua dies nostros sicut ab initio.

Psal. 90. 14. Satura nos manè misericordia tua, & exultabimus, & lætābimur cunctis diebus uitæ nostræ, 15. Exhilara nos secundum dies quibus afflixisti nos, secundum annos quibus uidimus malum. 16. Conspiciatur in Seruis tuis opus tuum, &c.

2. Mens sana tum demum censeri debet, quando eam unà cum anima & corpore sanctificat Deus.

1. Theff. 5. 23. Ipse autem Deus pacis (auctor) sanctificet uos totos: & integer uester Spiritus (intelligatur de Mente) & anima & corpus inculpate in aduentum Domini nostri Iesu Christi seruentur.

Quomodo autem Mens sana fiat, & suas obeat spirituales functiones, docet Paulus, Roman. 12. 2. Ne configuremini seculo isti, sed transformemini, per renouationem mentis uestræ, ad hoc ut probetis, quæ sit uoluntas Dei, bona illa, accepta ac perfecta.

Etsi autem Mentis præcipuæ functiones sunt eæ, de quibus Apostolus noster loquutus est: tamen & illæ magnificendæ

dæ sunt, quæ uocationi Politicæ aut Oeconomicæ seruiunt. Etenim & politicos gubernatores, luce mentis, iudicio, memoria rerum præteritarum, & (ut dicere Ethnici solebant) diuinitatis comitibus, Anteuorra & Postuorra, necesse est excellere: quando eos, non sibi solùm, sed etiam multis alijs sapere, oportet.

Vocatur Mens sana, decor & splendor hominis: quia præceptum hominis ornamentum & præsidium est: ac præclare dixit Melanchthon:

*Forma, color, uires pereunt, ceu lilia: sed Mens
Luce Dei fulgens, non peritura manet.*

Vt autem iusto iudicio, quosdam percussit amentia, & cæcitate & stupore cordis, Deuter. 28. 28. tradit in mentem omnis iudicij expertem, ut faciant quæ minimè conuenit, Roman. 1. 28. Sic etiam idem, non solùm sanæ mentis donum, cum ei uisum est, largitur, ut seruiat politicis & æconomicis usibus: sed etiam illuminat oculos mentis, ut pij sciant quæ sit uocationis spes, &c. Ephes. 2. 18.

3. Hominum præstantium beneuolentia & studium erga omnium Ordinum homines, diuinitus accenditur & conseruatur.

Psalms.

368 IN DANIELEM PROPHETAM
Psalm. 84. 12. Gloriam & gratiam dat Iehouah.

Idem autem donum gratiæ seu beneuolentiæ hominum aufert Deus, quando ei est uisum, ut de Israëlitis & Ægyptijs dicitur: Conuertit cor eorum ut odio haberent populum suum: ut machinarentur dolos in seruos ipsius. Psal. 105. 25.

Vtriusque exemplum hoc loco occurrit. Singulari enim consilio Dei factum est, ut Nebucadnezar maniacò correptus furore, suis optimatibus exosus fieret: & tandem recuperata mentis sanitate, ab ipsisdẽ quaestus diligeretur, & ad regiam functionẽ capescendam reuocaretur.

Magnum autem prudentiæ & moderatiõnis in Principe uiro argumentum est, si is intelligat & modestè profiteatur, sibi etiam inferiorum beneuolentiã & officijs esse opus.

4. De recuperatione amissorum bonorum, uerbi gratia opum, honorum, dignitatum, prosperæ ualerudinis, istud tenendum nobis est, Dei uidelicet beneplacito nobis esse standum.

Etsi autem admodum patheticum est, cum Dauide dicere: Eleuasti me, & proieci sti me; Psal. 102. 11. Tamen fide prælucente, etiam

etiam in medijs afflictionibus, dicendum est nobis, cum eodem exulante: Si inuenero gratiam in oculis Iehouæ, reducet me, atque illum ostendet mihi & tabernaculum eius. Si uerò dixerit: Non beneplacitum est mihi in te: ecce ego, faciat mihi quod bonum est in oculis suis, 2. Samuel. 15. 25. 26.

Sed si Deo placeat hominem, non solum in integrum restituere, sed etiam gloria & prosperitate maiore quam antea, instruere & ornare, ut olim Dauidem, Iosephum, Iobum, Nebucadnezarem: Tum uerò id omne ei uni acceptum ferendum est, de quo dixit Psaltes: Mutationes sunt dexteræ Excelsi, Psalm. 77. 10. Deinde fatendum nobis est optimo Dei consilio nos esse castigatos. Iuxta dicta: Priusquam humiliarer, ego uagabar: sed nunc sermonem tuum custodio, Psalm. 119. 67. & uers. 71. Bonum est mihi quòd afflicti sum: ut discam edicta tua.

5. Amplificatio prosperitatis, opum & gloriæ, Pius interdum diuinitus confertur, propter has causas.

1. Ut illustretur gloria gratiæ Dei, & providentiæ, Psalm. 116. 5. 6. Clemens Iehouah & iustus, & Deus noster miserans, custodit

370 IN DANIELEM PROPHETAM
Simplices Iehouah: attenuatus eram & me
seruauit.

2. Ut Ecclesia & singuli fideles respirare à
dolorib. suis, & *inobuius* solatio frui possint,
dicētes: Reuerte anima mea ad requiem
tuam: quia Iehouah benefecit tibi. Quia e-
ripuisti animam meam à morte, Oculum
meum à lachryma, pedem meum ab impul-
sione, Psal. 116. 7. 8.

3. Ut tantò magis impij liuore & inuidia
torqueantur, Psalm. 112. 10. Impius uidebit,
& irascetur: dentibus suis fremet & tabe-
scet: desiderium impiorum peribit. Præ-
clare sanè cecinit Stigelius:

*Pascere liuor iners odio, saturare furore,
Mors tua recta Deum facta timentis erunt:*

Leslio 68.
6. Ianuarij.

VERSUS 37.

*Nunc ego Nebucadnezar laudo,
extolloq; & glorifico Regem cæli: quia
omnia eius opera opera veritatis, &
eius via sunt via iudicij, qui deni-
que ambulantes in superbia potest de-
ycere.*

E Pilogus est regij programmatris, con-
stans pia *doxologia* & celebratione diui-
ni nominis.

Duo

Duo autem ordinè tractabimus, Propo-
sitionem & eius Confirmationem.

1. Propositio est: *Mihi uerò, inquit Rex Nebu-
cadnezar, Deus summè celebrandus est.*

In hac autem Propositione, initio sub-
iectum: deinde prædicatum expendemus.

Subiectum est: *Nebucadnezar Rex.*

Thesis 1. Decet conuersos ad Deum, ad
Dei laudem & Ecclesiae utilitatem, sese si-
stere & nominatim profiteri, & quomodo
præoccupati sint in aliqua offensa, & quo-
modo per gratiam à Deo sint conuersi. Ita
enim fiet, ut qui exemplo peccati plurimū
obfuerunt Ecclesiae, plurimum etiam con-
uersionis suae exemplo eidem profint.

Thesis 2. Præcipua Conuersorum ad Deum
gloria est, non sibi, sed Domino dare
gloriam. iuxta illud: *Non nobis Iehouah,
nō nobis, sed nomini tuo da gloriam: pro-
pter misericordiam tuam, & propter ueri-
tatem tuam, Psal. 115. 1.*

Prædicatum est: *summè celebrandus est.*

Thesis 1. Laudamus Deum, quando fide
prælucente; cuncta eius opera approba-
mus.

Thesis 2. Extollimus eum, quum nos sub
potenti eius manu submittimus: deposito
omni fastu carnis.

Thesis 3. Glorificamus eum, quando uoluntatem ipsius fieri cupimus, iudicia eius adoramus, cui scimus omnia opera ab omni æuo nota esse.

11. Confirmatio. *Quia omnia opera eius ueritas, & semita eius iudicium: & eos, qui gradiuntur in superbia potest humiliare.*

Phrasis. *Opera eius sunt ueritas, hoc sibi uult: Quicquid agit Deus, id sincerè & uerè agit: citra fucum hypocriticum. Item: Semita eius sunt iudicium: hoc est, illa autem agendi ratio Deo familiaris, est iudicij, sapientia, æquitatis & iusticiæ plena: ut omnia illius opera testantur.*

Illustrabuntur autem phrasès istæ Antithesi. Homines uersuti, fucosè agunt: sæpè etiam toto cælo errant. Horum nihil de Deo dici potest, qui consideratè, iustè, sincerè omnia peragit.

Demonstratio à proprio cultu Dei.

Is demum summè colendus & celebrandus est, cuius est summum tum ueritum tum iudicij decus.

Iehouah autem Deus noster is est.

Quare is summè nobis est colendus & celebrandus.

Minor probatur, Certissimum argumentum est ueritatis & iudicij, si cuius omnia opera

opera sint ueritas, & semitæ iudicium.

Dei autem cœli (qui omnibus terrenis Regibus, infinitis modis superior est) omnia opera sunt ueritas, & semitæ eius sunt iudicium.

Quare illi uni propriè comperit ueritatis & iudicij summum decus.

Minor demonstratur hoc pacto. Qui secundum comminationes suas, sine personarum respectu, ambulantes in superbia & potest & solet deicere, is se & ueracem & iudicem esse re ipsa declarat.

Iehouah illud præstat. Ergo, &c.

Coronidis uice recitabo aliquot causas, propter quas ad Dei gloriam, omnia nobis sunt referenda.

1. Creatio nostri. Sicut eximium opus seruit gloriæ Architecti: sic generis humani creatio seruit gloriæ Dei; qui cum omnia propter semetipsum operatus sit, creaturas rationales maximè gloriæ suæ seruire uult.

2. Redemptio nostri. Quum ad laudem gloriosæ suæ gratiæ, nos olim à se Electos, uocet efficaciter & iustificet: certum est eodem nobis referendam esse redemptionem nostram.

3. Beneficia spiritualia & corporalia. Hęc enim ideò larga manu nobis dantur, ut

374. IN DANIELEM PROPHETAM
Deum *inproprio* celebremus.

4. Opera Dei aliena. Non solum enim quando nobis benefacit Deus, sed etiam quando nos castigat, gratiæ eidem sunt agendæ: quia quum punimur, à Domino erudimur, ne cum mundo condemnemur, Cor. 11. 32.

5. Exempla omnium creaturarum, quæ Deum, suo quæq; modo, celebrant: ut habetur toto Psal. 148.

6. Quia hic est uerè architectonicus finis totius humani generis, seruire gloriæ Dei. Ac, ut pij prudentes & uolentes omnia referunt ad Dei laudem: ita impij, etiam ne scij seruiunt gloriæ, iusticiæ & potentæ illius.

Hortor itaq; uos, fratres & auditores charissimi, ut totam uestram uitam, studia uestra sanctificationi diuini nominis consecretis, & eo nomine instetis precibus, gratiarum actioni, exercitijs modestiæ, patientiæ, humanitatis & aliarum uirtutum: ut sic luceant uestra bona opera, ut uideant ea homines & glorificent Patrem cœlestem.

CAPVT V.

Lectio 69.



Nitiò τὰ προαγόμενα, ὡς ἐν τῷ 7. Ianuar.
proponemus. 1584.

1. *Propositio.*

Thesis. Idololatræ, quum in Deum iniurij sint, sibiipsis tandem exitiũ, Reipublicæ uerò fatalem periodum, accersunt. Hypothesis. Belschatzar Rex Chaldæorum, idololatriæ scelere, sibi suisq; interuencionis, Monarchiæ autem Babyloniæ destructionis, auctor fuit.

2. *Particio.*

Quatuor Capitis huius partes principales sunt.

1. De Epulo regio, in quo quum Deus uerus enormi contumelia affectus fuisset, illud scelus fuit causa προκαταρτικῆ, ingotium pœnarum & calamitarum, quæ subsequutæ sunt.

2. De uisibili Symbolo iusti iudicij Dei, aduersus Regem, quod tamen Sapientes huius seculi nequaquam potuerunt assequi & interpretari: & de Regis consternatione, in quam ipsius gaudium & tripudium conuersum fuit.

3. De eiusdem Symboli uera declaratione, & graui reprehensione Regis, qui nequaquam Aui exemplo admonitus dedit Deo debitam gloriam.

4. De iusti iudicij Dei exequutione: & de interitu Regis ac Babylonicæ Monarchiæ destructione: quæ argumento est etiã summis Imperijs negatum esse diutiùs stare, quàm est Regi cœli uisum.

III. Praxis.

Hæc in his potissimùm, quæ subiunximus, posita sunt.

1. Ut terror incutiatur omnibus Idololatris. Certissimum enim est Idololatriã, accersere excidium Regnis, Regibus, Populis, etiã si aliquandiu floreant & pyraustę gaudium gaudeant.

2. Ut admoneantur pij, ne fascinati euanda Idololatrarum felicitate, mittant ad iniquitatem manus suas, & cum lupis ululent, spe uidelicet tranquillitatis & opulentia terrenæ illecti.

3. Sapientes huius seculi, in rebus perplexis præ cæteris omnibus cæcutire, consilio destitui, & spem de se conceptam, summa sua cum ignominia, fallere.

4. Tyrannos *θρομάχους*, ubi se in Dei castes inci-

incidisse, & ineuitabile fatū subire uident, nec animi præsentiam retinere, nec quò se uertere debeant animaduerrere. Accidit enim illis id quod in prouerbio est: *Aeger animus semper errat.*

V E R S V S I.

Belsasar Rex fecit conuiuium grande, principibus suis mille, & coram mille vinum bibebat.



Docendi causa Circumstantias huius loci explicabo.

1. Quis? Belsasar Rex. Fuit hic Belsasar, filius Euilmerodachi, nepos Nebucadnezaris

Magni: ac uocatur ille in Clio Herodoti Labynetis Babyloniorum tyrannus,

2. Quid? Epulo regio exceptit suos Proceres, mille numero. Testatur autem Herodotus eodem lib. 1. Babylonem à Cyro esse captam, quum Ciuibus dies festus esset, & exercendis choreis & oblectationibus opera daretur. Contentaneum autem est, festiuitatem Aulæ, quæ sibi persuaserat inexpugnabilem esse urbem, præcipuam fuisse: quo etiam nomine quidam eruditi huc referunt uerba Iere-

378 IN DANIELEM PROPHETAM
 miæ, cap. 25. 26. Denique Rex Sefachi bibet
 post illos. Sefach enim festum diem agita-
 re, lingua Babylonica significare, testimo-
 nio Athenæi adducto ostendunt Sed enim:
 ut, horum pace, dicam quod sentio, locus
 Athenæi in 14. Dipnosophistarum lib. pa-
 rum illis suffragatur, quando hæc illius uer-
 ba sunt in Basiliensi codice, pag. 217. lin. 8.
 Βίρωσθ' ἐν πρώτῳ Βαβυλωνιακῶν, τῷ λέγει φησι μὲν
 ἰνναφιδάτη, ἀρχὴ ἰορτῶν Σακίας προσγορημένῳ ἐν
 Βαβυλῶνι ἐπὶ ἡμέρας σφύρι, ἐν αἷς ἐθ' εἶν' ἀρχὴν τῶν
 σπότας καὶ τῶν οἰκιστῶν, ἀφ' ἧσθ' αὐτῶν οἰκίας ἵνα αὐτῶν ἐν
 δυσκότα σολὴν ὁμοιαὺ τῆ βασιλικῆ, ὅν ἢ καλῶς ἴσως αὐτῶν.
 Adducit autem & Cresiam testem. Sed al-
 iud est Sefach; aliud Saçea. Nec Jeremias
 aliud sibi uult, quàm exemplo aliorum Re-
 gum etiam Babylonico tyranno pereun-
 dum, & Monarchiam Babylonicam destruen-
 dam esse. Hoc enim innuit Metaphora de
 Calice iræ Dei, quem exhaurire etiam Baby-
 lonios necesse foret.

Si quis, quomodo iuxta Hebræorum re-
 trogradum Alphabetum Sefach idem sit
 quod Babel, scire cupit, consulat D. Oeco-
 lampadij annotationes in illum uersum Je-
 remiæ.

3. Quomodo? Sic ut uinum biberet coram mil-
 le suis proceribus. Intelligatur autem id de im-
 mode

moderatis computationibus, de quibus dicitur, Prouerb. 31. 4. Non est Regum, ô Lemuel, non est Regum bibere uinum: & Principum non est sechar. 5. Ne fortè bibat & obliuiscatur statuti, & mutet iudicium omnium filiorum afflictorum. Vitio autem Israëlitis tribuitur ab Hosea Propheta, quòd respiciant ad Deos alienos, lagenas uuarum, Hof. 3. 1. & quòd die Regis ægrotare eum fecissent Principes utre uini, Hof. 7. vers. 5.

Sint autem nobis in conspectu hæc dicta.

Attendite autem uobis ipsis ne quando grauentur corda uestra crapula & ebrietate, & curis huius uitæ: & repente superueniat uobis dies ille, Luc. 21. 34.

Et ne inebriemini uino, in quo luxus est: sed impleamini Spiritu, Eph. 5. 18.

Ne amplius sis abstemius, sed uino paulo utere, propter stomachum tuum, & prebras tuas infirmitates, 1. Tim. 5. 23.

Studiosi Adolefcetes legant, & ad usum suum transferant reprehensiones temulentiae quæ extant apud Athenæum lib. 14. Dipnosoph. cap. 14. ubi ostendit quæ Genes ebriositatis causa fuerint infames: & recitat hos de Elide uersus:

1. Furor & amentia.

Ἡλις καὶ μεθύει καὶ ψεύδεται, οἱ δὲ ἐκαστοὶ οἴκῳ, τοῖσι δὲ καὶ ξυμπάσα πόλις.

2. Garrulitas et futilitas.

Et Cap. 15. Pōtiani egregium dictū extrat:

3. Inconsultata temeritas.

πάντων τέτων τῶν δεινῶν μητρόπολις τὸν οἶνον, δι' ὃν καὶ τὰς μίδας, καὶ τὰς μανίας, ἔτι δὲ καὶ τὰς παροινίας γίνονται ὅπως ἐπαθῶς μεταλαμβάνουσας. Paulò pòst, ex sententia Aristophanis :

4. Maledictia.

οἶνον ἀφροδίτης γὰρ, uocat.

5. Sacordia & negligentia.

Apud Plinium lib. 14. 23. Ebrietas hominis mentem mutat, ac furorem gignit, milibus scelerum huic deditis tanta dulcedine, ut magna pars non aliud uitæ præmiū intelligat. Et eodem Capite : Tunc animi secreta proferuntur. Alij Testamenta sua nuncupant, Alij mortifera loquuntur, rediturasq; per iugulum uoces non continent, quàm multis ita interemptis. Vulgoq; ueritas iam attributa uino est. Interea ut optime cadat, Solem orientem non uident, ac minus diu uiuunt. Hinc pallor & genæ pedulæ, oculorum ulcera, tremulæ manus, effundentes plena uasa, & (quæ sit pœna præfens) furiales somni, & inquietas nocturnas. Præmiūq; summū ebrietatis libido portentosa, ac iucundum nefas. Postera die ex ore halitus fœtidi, ac ferè rerum omnium obliuio, & mors Memoriae. Rapere se ita uitam prædicant, cum priorem diem quoc

6. Breuior uita.

7. Facies morphæa deform.

8. Lippiuudo.

9. Tremulæ manus.

10. Somnia obscen. diabol.

11. Confusio Spirituū animalium.

12. Libido.

13. Halitus fœtidus.

14. Obliuio,

quoc

quotidiè perdant, imò uerò & uenien-
tem.

VERSUS 2.

*Belsasar edixit ad gustandum vi-
num, afferri uasa aurea & argentea,
quæ exportauerat Nebucadnezar a-
uus suus, ex Templo quod fuerat Ieru-
salamis: ut biberent in eis Rex ipse,
proceresq; eius, uxores eius, & concu-
binæ eius.*

Hic uersus docet quo auctore profana-
ta sint uasa sacra, uidelicet Rege Bel-
sasare. Quum autem de sceleris istius
specie, paulò post nobis dicendum sit: nunc,
de thesi: hoc est, de iniustis Tyrannorum e-
dictis, paucis agemus:

1. Edictis iniustis si non desit occasio ea
exsequendi, facilè locus est. Ut quum in Ba-
bylone, præstò essent uasa Templi Hieroso-
lymitani, uisum est Regi, ijs abuti. Impro-
bis, nihil præter occasionem deest. Hæc er-
go si uideatur oblata, statim arripitur: à Ty-
rannis tamen præcipuè.

2. Est autem eorum causa *πεκαΐαριτικὴ*, seu
irritatrix exterior si audiant, aliquid sic esse
sacrum, ut profanis ipsorum usibus non
debeat

15. Negle-
ctio tempo-
ris, cuius *σο-
κλιεσαστορ
ἀνάδομα*
est: auctore
Theophras-
to.

Lectio 70.
8. Ianuarij.

ἀφορμή.

*προκαΐαρικα
τικόν.*

382 IN DANIELEM PROPHETAM
debeat seruire, molestè ferūt : & statim eam
pro sua libidine tractant. Est enim compen-
diaria res improbitas : secundum græcam
sententiam: *Σωτορις ἡ πονηρία, βραδύα ἡ ἀρετή.*

προηγήματα
στον.

3. Confirmatur autem illa temeritas & li-
centia, uana persuasione uelut causa *προυνε-
μύνη*, quæ nihil aliud sibi uult, quàm Princi-
pius & fas esse, dicere & facere, adde &
ab alijs requirere, quæ libet : secundum
uersum:

Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas.

Caius Caligula, alastor potius quàm im-
perator, Antoniaë auiaë, officij cum admō-
nenti, impudentissimè respondit: Memen-
tò mihi omnià in omnes licere.

4. Tantò autem plus mali in iniustis
Tyrannorum edictis est, quo pluribus unà
secum peccandi necessitatem imponere
solent. Notus est Publij uersiculus: *Bis pec-
cas, quum peccanti obsequium accommodas.* Atqui
Tyrannus obsequium in peccatis commit-
tendis maximè flagitat & exigit: nec tantū
exemplo uehementèr subiectos mouet, sed
etiam minis atrocibus.

5. Plærumq; autem Epicuræis uoluptati-
bus, edicta tyrannica seruiunt. Scilicet,
ut uinum Regi, Sattapis & Gynecæo tantū
tò magis saperet, aurea & argentea ua-
sa, &

sa, & quidem non profana, sed sacra adhiberi necesse fuit? Heliogabalus, aliud quoque requirebat, uidelicet mendacium, de sumptibus & pretio esculentorū & poculentorum, ac de pretio hyperbolem, ^{quod per se} conuiuij, esse aiebat.

6. Rectè autem estimāda sunt edicta Principum, adhibita distinctione Religionis & rerum terrenarum. Quando Religionem edictis suis non tollunt, etiamsi dura sint quæ interdum præcipiunt, tamen pacis causa, præstari debent: quum onera ciuilia, sint pœnæ nostrorum peccatorum: quorum causa ignarium nos ferre & iustum est & utile.

VERSUS 3. & 4.

Tunc allatis uasis aureis, quæ exportauerant è Templo domus Dei quæ fuerat Ierosolymis, bibebant in eis Rex ipse, & Principes eius, & uxores eius, & concubinae eius.

Bibentes uinum, etiam laudabant Deos aureos, argenteos, aereos, ferreos, ligneos & lapideos.

IN his duobus uersibus agitur de specie sceleris, quod à Rege perpetratum, fuit

384 IN DANIELEM PROPHETAM
fuit causa *προκαταρκτικῆ*, quæ acceleravit pe-
nas fatales.

Infrà aurem, uersu 23. nuncupatur *μεγίστη φρασικὸς*, Eleuatio aduersus Dominum cœ-
li, ei debitum honorem derogans. Est uerò
multiformis hæc Chimera, multis uitijs &
monstrosis eorum operibus, tanquam effe-
ctis, constans.

Sic autem argumentor, eo consilio ut
Iuniores magnitudinem istius mali asse-
quantur.

Nihil dubium est grande nefas & morte
piandum esse, Atheismum superbum, con-
tumeliosum in uerum Deum, & supersti-
tiosum.

Atqui Belsasar Rex, unà cum suis Satta-
pis, & tota Aula, Atheismi reus fuit. Tribui-
tur enim illi hæc scelerum Ilias.

1. Superbia summa, qua fasciatus prætu-
lit sese omnibus alijs, haudquaquam me-
mor humanæ sortis. Sæpè autem Tyranni
sic in rebus secundis luxuriant animis, ut
non meminerint se esse homines. Ideò in
Psalm. 9. 21. dicitur: Pone Iehouah timo-
rem ipsis, sciant gentes quòd homines sint.
Et rectè Simonides Cæus, Pausaniæ Spar-
tano Regi, qui Mardomum uicit, ironi-
cè postulanti, ut aliquid sapienter dice-
ret,

386 IN DANIELEM PROPHETAM
reos, &c. Id est, His tribuebant uictorias &
succellus, his acceptam ferebant opulen-
tiam & prosperitatem qua fruebantur. Sa-
crificabant etiam reū suo: nam hoc solenne
est Idololatrie, partim sibi, partim idolis su-
is, laudem factorum & rerum copiam tri-
buere.

6. Quòd auctoritate & exemplo suo, co-
tam Aulam, eò induxerit, ut grauissimè
peccaret.

Consequitur ex his, quæ diximus, gran-
de nefas commissum esse à Rege & tota il-
lius Aula: ac proinde nemini mirum uideri
debere, quòd statim sequutæ sunt pœnæ.

*Quid autem præterea hoc loco consi-
derandum censet?*

Vt numero dicam, cæcam esse superbiam
humanam, quando

1. Deo, qui summus & omnipotens est,
minimum tribuit.

2. Homini, qui bullæ instar est, nimum
ascribit.

3. Idolis, quæ nihil sunt, & nemini pro-
funt, beneficia accepta refert, quæ non nisi
à diuina benignitate sunt profecta.

Deindè, illud quoq; nobis medicandum,
quòd Hof. 13. 6. de Ephraimitis dicitur: Iuxta
pascua

pascua sua saturati sunt, saturati sunt in quâ,
& eleuatum est cor eorum, idcirco obliti
sunt mei. Satietas enim ferociam parit: hæc
autem Dei obliuionem accersit.

VERSUS 5.

*Eadem hora egressi digiti manus
humana, scripserunt e regione lychnu-
chi, in tectorio parietis palatij regij: Re-
ge vidente partem manus qua scri-
bebat.*

Lectio 71.

10. Ianuar.

1584.

Quam sit Deo facile & expeditum, fi-
liorum huius seculi læticiam in luctû,
^{μυστήριον θαύματος} & festiuitatem in cõ-
sternationem & trepidationem summam
conuertere, uel hæc de miraculosa Scriptu-
ra in pariete narratio, testatur.

Testimonia iræ & iudicij diuini, aduer-
sus impietatem & iniusticiam hominum,
quando subito innotescunt, & inopinata
sunt, mirum in modum homines afficiunt.

Vt autem nunc de hoc, ^{κατ' ἰδίαν} agamus,
consideranda sunt ordinè hæc capita.

1. Αἰτίον κύριον, uidelicet Deus, de quo infra
uersu 24. dicitur: Tunc à conspectu eius
missa est pars manus, à qua scriptura ista
exarata est.

2. Ζωήσος & fuit Angelus. Quis autem ille
B 2 fuerit

388 IN DANIELEM PROPHETAM
fuerit non liquet. Angelum tamen fuisse in-
de colligimus: quia Angeli spiritus admi-
nistratorij sunt, Heb. 1. 14.

3. Ἐμφασις. Apparuerunt digiti manus, qui
inscripserunt parieti fatalem sententiam.

4. Locus. In pariete incrustato, è regione
Candelabri.

5. Species. Scriptura in pariete est expres-
se annotata. Existimant autem quidam, τὸ ἄσ-
κῆρτα πῶτον τῆς τῶ θεῶ βουλῆς, hac ratione symboli-
ca, fuisse expositum.

6. Quis obseruârit Scripturam, Rex Bel-
sazar. Sunt qui solum animaduertisse pu-
tent: ac fortassis ex eo id colligunt, quòd
præ ceteris omnibus Rex uehementer per-
turbatus fuisse dicitur: & quod Daniel ait:
Regem uidisse partem manus quæ scribebat. Sed de
hac re non fert animus ἀκριβοῦς εἶναι.

Quum autem suo loco de Scriptura hac
dicendum sit, nunc illud tantum monere li-
cet generatim.

Primùm dandam nobis operam, ut tem-
porum signa prudenter iudicemus, Matth.
16. 3. Ad hæc autem referre debemus Reli-
gionis, Reipub. pacis, belli, literarum disci-
plinæ, uel instaurationem, uel corruptelas,
uel florem, uel inclinationem.

Secundò, cauendū, ne mētis errore fasci
nati,

nati, naturalia opera, pro hyperphysicis aut
antiphysicis habētes, ad ea obstupescamus:
miraculosa autem, pro naturalib. habentes,
surda prætereamus aure, & paruifaciamus.

Postremò, semper nobis obseruandū es-
se canonem propheticum, Hoseæ 14.9. Qui
est sapiens, intelligat ista: intelligēs etiam,
agnoscat ista: nam rectæ sunt uiaē Iehouæ, &
iusti ambulabunt in eis: defectores autem
impingunt in eis.

Quod enim plurimùm per se, pijs pro-
dest: id ex accidente, plurimùm obest im-
pijs, &c. Vt Christus Iesus positus est in re-
surrectionem multorum in Israële, & in rui-
nam, Luc. 2.34.

V E R S V S 6. & 7.

*Tunc toto Regis splendore immuta-
to, & cogitationibus eius conturbanti-
bus ipsum, quum cingula lumborum
eius dissoluta essent, genuaq; eius col-
liderent alterum alteri, inclamauit
Rex strenuè, vt adducerentur Astro-
logi, Chaldei, Haruspices, & prolo-
quens Rex dixit sapientibus Babylo-
nis: Quisquis legerit Scripturam
hanc, & interpretationem eius in-*

*dicauerit mihi, purpura induetur
cum torque aureo ad collum ipsius,
ac tertius in hoc regno dominabitur.*

Sententia est, Rex Belsasar uehementer perturbatus, amplissima præmia promisit ei, qui dextrè & legisset & interpretatus esset fatidicam illam Scripturam.

Duo autem ordinè & breuiter explicabimus, Hypotyposin consternationis Regis Belsaris: & eiusdem orationem ad Chaldaeorum Sapientes.

De Consternatione Regis.

1. Splendor Regis, qui in uultu sereno, oratione festiua & totius corporis habitu & gestibus, elucebat, planè immutatus fuit. Contrarium sibi euenisse ad Dei laudem confitetur Dauid: Quoniam eripuisti animam meam à morte, oculum meum à lachryma, pedem meum ab impulsione. Ambulabo coram Iehouah in terra uiuentium, Psal. 116. 8. 9.

2. *Αἰτίον* fuerunt, cogitationes tristissimæ, quales esse solent eorum, qui sibi male sunt conscij. Etsi autem tum inter Gna-
thonca

thones & assentatores uersabatur Rex: ta-
men hoc illi accidit, quod præclare dixit
Augustinus: Si conscientia criminis mor-
det, laus mundi parùm prodest.

3. Signa pathognomonica fuerūt, Cingu-
li dissolutio & genuum collisio, quæ duo
καταθυμια laborantibus accidere solent.

4. Testis autem fuit patheticus cla-
mor.

Thesis 1. Communes sunt dolorum &
miseriarum caussæ & effectus ijs omnibus,
quorum eadem est natura, humana ui-
delicet.

Thesis 2. Illustriores autem sunt illustriū
hominum clamitates, ut testantur exempla
summorum hominum, qui facti sunt mise-
rabilia inconstantiae rerum humanarum e-
xempla.

Thesis 3. Miseriam auget ægri animi, con-
siliū & institutionem, ibi, ubi nulla est pe-
tentis, error. Vt Belsasar à Chaldæorum Sa-
piētibus postulauit interpretationem Scri-
pturæ, quam ne quidem ipsi assequi po-
terant.

De Oratione Regis.

1. Deliberatiui generis oratio hæc est,
cūm tota in suadendo sit posita. Solent au-

392 IN DANIELEM PROPHETAM
tem Tyranni, in secundis imperiosis edi-
ctis, in aduersis, demissis precibus & polli-
citationibus, uti.

2. Propositio est, E' uestra re fuerit: ô Sa-
pientes uiri, Scripturam hanc legere & in-
terpretari.

3. Confirmatio ab honesto pariter & utili
ducta.

Quod & honestum est & utilissimum, id
uiris Sapientibus præstandum est.

Atqui & legere & interpretari fatidicam
Scripturam eiusmodi est. Honestum enim
est mihi, Principi uestro morem gerere: &
ipse polliceor Interpreti, purpuram, torqué
aureum, & tertium in hac Monarchia di-
gnitatis gradum.

Vestrúm ergo fuerit id præstare, quod à
uobis postulo.

Thesis. Discendi, quid sibi specialia quæ-
dam Dei opera uelint, cupido, multas ha-
bet causas de quibus *λεγαζαζωδως* hæc solùm
monere licet.

1. Alia est eorum quibus illa *φρομαδωα* tri-
buitur, alia Interpretum ratio.

2. Pij, quando quid sibi certa quædam
Dei opera uelint, sollicitè inquirunt, ingre-
diuntur præcipuo suo bono Dei sanctua-
rium, & nouissima tam sua, quàm impio-
rum

rum intuentes, proficiunt plurimum in doctrina de Prouidentia: percipiuntq; consolationis, institutionis & admonitionis copiosos fructus.

3. Impij autem curiositatis flagello addacti, ea discunt quæ profanam illorum fiduciam & læticiam, in desperationem & tristitiã, anteambulones pœnarum ingruentium, conuertunt.

4. Scioli, qui quæ non didicerunt, ea tamen sese scire putant, turpiter sese dant, & confusionis suæ mercedem reportant, quando ne quidem ijs, quibus alioquin ad dicti sunt, satisfacere possunt. Ut est uideri in Sapientum Chaldæorum exemplo.

5. Econtrà, uiri Sapientes καὶ σοφνοῦνοι, tantò magis inclarescunt, quò minus sese uenditant, plus autem quàm cæteri de illis sibi persuadere potuerunt (imò quàm ipsi, pro sua modestia, sibi ausint arrogare) re ipsa Deo linguas & mentes eorum gubernante præstât. Huius rei aliquot exempla in Danielis historia, suprâ quoque recitata fuerunt. Notum est illud uerus:

Quemadmodum ἡ ἀμάθεια θρασυῖς, τὸ δὲ λογισμένη νοῦν ἄνευκρὸς ἀπεργάζεται: sic recta ingenia debilitat uerecundia, peruersa autem confirmat audacia.

Lectio 72.

11. January.

VERSUS 8.9.&10.

Tunc accedentes omnes Sapientes Regis, quum non possent Scripturam illam legere, & interpretationem notam facere Regi, tunc, inquam, Rege Belsafare valdè conturbato, adeò ut totus splendor eius mutatus esset in eo, & proceribus eius attonitis, Regina propter verba Regis & procerum eius ad domum conuiuij accessit, &c.

Historiæ istius partes, eo, quo scriptæ sunt ordine, breuiter exponam.

I.

Confusio sapientum Chaldaicorum, qui Epigraphen illam admirandam parieti inscriptam, nec legere, nec interpretari poterunt. Hic autem obseruent iuniores ^{יהו} Sapientum huius seculi.

Primùm, suæ, & suorum antecessorum, confusionis exempla nequaquam memoria repetunt, ut discant nihil temerè polliceri.

Deindè, quum primùm sibi offerri putant occasionem uenditandi suam admirandam

randam sapientiam, & eius specimina e-
dendi: tum uerò eam cupidè arripiunt, &
nihil non sese præstare esse putant.

Tertiò, iusto autem Dei iudicio fit, ut
tandem ignorantiam suam ipsimet pro-
dant, quando id præstare nequeunt, quod
tamen sese præstituros receperant.

Quartò, mercedem ipsorum improbita-
ti debitam, tandem recipiunt, uidelicet cõ-
fusionem suam, & eorum odium & con-
temptum, quibus placere & assentari ipsis
propositum fuit.

I I.

De Regis & Aulicorum con-
sternatione.

Quemadmodum quando caput dolet,
cætera quoque membra dolent: ita quum
Princeps malus animi ægritudine labo-
rat, eius quoque administri, deiectis sunt
animis.

Lucet autem in ea re *νικτωρις ἀσπασία*, quan-
do uidelicet tyrannidis, impietatis & iniu-
sticiæ, tam auctores quàm administri hæ-
rent in eodem luto.

De mentis autem perturbatione obser-
uent studiosi hæc dicta.

1. Thucydidis. Pavor nimis excutit
quoduis

396 IN DANIELEM PROPHETAM
quoduis propositum, quemuis conatum,
quemuis mentis impetum.

2. Timiditas, inquit Euripides, metuit, ne
quod maius est, amittat: quod est minus,
accipiat.

3. Timor orationis est uinculum, ut Hy-
perides dixit.

4. Seneca: Omnium animos mala aliena
atq; repentina sollicitant, nec ad ictum tan-
tū, sed etiam ad crepitum exagitamur.

5. Omnem sensum territis fortuna excu-
tit: ut ait Cicero.

Sed de timore laudabili præclare dixit
Augustinus: Expedi multò benè timere,
quàm malè fidere: & utilius est ut homo se
infirmum cognoscat ut fortis existat, quàm
fortis uideri uelle, & infirmus emergat.

III.

De Regina aduentu.

Hanc Nitocrin dictam, Regis que auiam
fuisse, uiri quidam docti autumant. Ap-
paret eam non interfuisse helluationi, & in
re ancipiti consilio excelluisse, quo tum
destituebantur uiri. Reuocauit autem mi-
hi in memoriam Ciceronis uerba hæc: Fa-
cilius mulieres incorruptam antiquitatem
conseruant, quòd multorum sermonum
exper-

expertes, ea tenent semper quæ prima didicerunt.

VERSUS 10. 11. 12.

Leslio 73.
20. Ianuar.

Proloquutaq³ Regina dixit: Rex in secula vive, ne conturbent te cogitationes tuae, & splendores tui non mutantur. Est vir in regno tuo cui spiritus deorum sanctorum inest, & in quo temporibus aui tui lux, intelligētiaq³ ac sapientia par sapientia deorum inuenta est: quapropter Rex Nebucadnezar avus tuus, prefectum magorum, astrologorum, Chaldaorum, haruspicum constituit eum, avus tuus Rex. Quandoquidem spiritus excellēs, accognitio & intelligentia, interpretatio somniorū, & indicatio anigmatum, ac solutio rerum implexarum, inuenta est in ipso Daniele, cui Rex imposuerat nomen Belteschazar, nunc Daniel vocetur, & interpretationem indicabit.

HÆc oratio Suasorij generis est, tota enim in persuadendo posita est: etsi habet admixtum Danielis encomium.

EXOR-

398 IN DANIELEM PROPHE TAM
Exordium, Euphemismo, seu uoto pro
diuturna uita & incolumitate Regis, con-
stat: *Rex in secula uiue.*

Propositio est. Quum non desit uir sapiens
Daniel, qui Epigraphen legere potest & in-
terpretari, non est cur Rex tantopere per-
turberetur.

Confirmatio. Quibuscunq; non desunt,
qui res perplexas enodare ualeant, & extri-
care, ij non debent illarum caussa nimium
commoueri, & turbari animo: sed potius sa-
pientum illorum cōsilio & institutione uti.

Atqui tibi, ô Rex, ad manum est eiusmo-
di uir. Hanc Minorē Regina prolixè & rhe-
toricè tum probat tum etiam illustrat, men-
tione facta circumstantiarum & caussarum,
de quibus breuiter hæc notabimus.

1. Personam & præsentiam: Est uir in re-
gno tuo.

2. Αἰτιον sapientiæ Danielis: In quo est spiri-
tus Dei.

3. Χρησιμαία: Lux, intelligentia, sapientia.

4. Auctoritatē: Fuit in summo pretio apud Ne-
buchadnezareem, qui eum cæteris Sapientib. præfecit,
ob doctrinæ præstantiam.

5. Nomē & cognomē: Daniel, Belteschazar.

6. Facultatem: Hic poterit legere & explicare
Scripturam illam.

Quare,

Quare, non est cur tantopere perturbetur, ó Rex, sed potiùs, cur Danielem accersendum cures, ut is tibi consilio & monitis suis satisfaciat.

De uirorum Sapientum æstimatione.

1. Sapientes sunt, qui diuino munere id obtinuerunt, ut præ multis alijs, luce gratiæ illuminatis eorum mentibus, diuinarum humanarumq; rerum illustri cognitione excellant: ac hi sua omnia referunt ad Dei laudem, & publicam Ecclesiæ & Reipub. utilitatem.

Hi uniuocè & propriè Sapientes dicuntur & sunt: quia in illis lucet ea quæ supernè est sapientia, quæ primùm quidem pura est: deinde pacifica, moderata, tractabilis, plena misericordiæ & fructuum bonorum, absque dijudicatione, sine simulatione. Iac. 3. 17. In horum numero fuit Daniel, Ezech. 28. 3.

2. Econtrariò, Sapientes huius mundi sunt, qui luce naturæ quidè ualèt, sed ea, commenticijs opinionibus corrupta, ad quæstum faciendum, uanamq; suam gloriam amplificandam, abutuntur.

Hi quum *ἄλογα* Sapientes sint, æquiocè sic appellantur, ac eorum sapientia est terrena,

400 IN DANIELEM PROPHETAM
rena, animalis dæmoniaca. Vbi autem hæc
obtinet, ibi inuidia est & irritatio, ibi tumul-
tuatio & omne opus prauum, Iac. 3. 15. 16.
His Sophis Chaldæi Sapientes, Magi, A-
strologi, & horum similes annumerandi
sunt.

3. Vtrorumque dissimilia sunt fata, si in-
quam, Principum diuersorum diuersa de
eisdem iudicia, si tempora, si animorum do-
tes, si sapientiæ documenta: si horum remu-
nerationem & alia nõnulla prudenter con-
sideres.

Quod enim de Regum amicis pruden-
ter olim dixit, Artaxerxis Regis Persarum
gener Orontes, eos uidelicet digitis sup-
putatorijs, nunc magnum, nunc minimum
numerum significantibus, persimiles esse,
ut qui aliàs in summa, aliàs in mediocri, a-
liàs in nulla sint tum gratia tum existima-
tione: idem, de Sapiētibus omnibus, & eo-
rum apud Principes æstimatione, & eo-
rum prudentes omnes experientia magistra,
exemplisq; edocti, didicerunt: eoq; nomi-
ne thus aulicum nequaquam magnificiūt.

4. Quum ijdem Principes, aliàs aliter af-
fecti sint, non mirum uideri debet, si apud il-
los nunc hi, nunc illi, nunc deniq; ijdem Sa-
pientes, sint in pretio & admiratione.

Apud

Apud Nebucadnezareem Regem, ebrîū magnitudine rerum gestarum & successuum, ac securum animi, Sapientes huius seculi in magna fuerunt auctoritate. Apud eundem animi dubium, stupentem & attonitum, Daniel ob sapientiam, in admiratione esse cœpit. Idem videre est in historia Sedechiæ ultimi Regis Iudæ, qui nunc Ieremiam in consilium adhibuit, nūc eius aduersarios.

Ex superioribus etiam historijs liquet, Danielem apud Nebucadnezareem, alias in aliqua gratia & auctoritate, alias in summa: apud Belsafarem, in nulla longo tempore, fuisse.

5. Regulare tamen est, ut apud pios & prudentes Principes, Sapientes verè sic dicuntur: apud impios autè Principes & uæcordes, seculi huius sapientes, in summa sint gratia. Vt est uidere in historia Achabi, instantis cum Iosaphato deliberationem de bello Syriaco, 1. Reg. 22. Vt enim ille Baalistas suos Gnathones: sic pius hic Rex Prophetam aliquem Iehouæ, consulendum in re ancipiti & periculosa, censuit.

6. Fatendum tamen est, illud sic esse regulare, ut tamen consilio Dei, etiam mali principes nonnunquam Seruorū Dei quibusdam

402 IN DANIELEM PROPHE TAM
busdam admonitionibus locum dent: &
econtrà etiam boni Principes, improbo-
rum suggestionibus, aures animumq; præ-
beant, ac ob id grauiter peccent.

Prioris exempla occurrunt in sacris hi-
storijs, de Achabo rege Israël: & de He-
rode Antipa: quorum ille quidem nonni-
hil se obiurgatione Eliæ flecti ad ^{μεταμένοιον}
passus est, 1. Reg. 21. 27. 29. hic uerò metue-
bat Ioannem Baptistam, sciēs eum esse ui-
rum sanctum & iustū, ac obseruabat eum:
auditoq; eo multa faciebat, & libēter eum
audiebat, Marc. 6. 20.

Posterioris exempla sunt, Dauid & Con-
stantinus Magnus, Imperator. Ille Mephi-
boſetho uiro innocuo, calculis cognicio-
nem rei præuertentibus, dimidiam facul-
tatum partem ademit, fidem habens astu-
to ueteratori Sibæ: hic autem à presby-
tero Ariano deceptus, hæresi & eius assensu
tandem fauere cœpit: sanctumq; uirum An-
thanasium Episcopum Alexandri. num ius-
sit solum uertere.

7. Temporū autem diuersitas, aucto-
ritatem Sapientum minuit & auget.

Temporibus serenis, quando nulli peri-
culosorum negotiorum labyrinthi inci-
dunt, ferè florent ac triumphant seculi hu-
ius

ius Sapientes: at si fuerint nubila tempora, quum illi personam uirtutis ac sapientiae, quam faciem malint, turpiter sese dant, dum nec sibi nec alijs consulere possunt.

Econtra, Sapientes ac filij lucis, in re dubia potissimum se uiros praestant: ac peritis nautis similes sunt, qui etiam oborta tempestate, nauem regere, & quod uolunt, dirigere ac ducere possunt. Ac in illis id uidere est, quod uerè dixit Aristoteles: *ἐν ταῖς δυσοχίαις λάμπει τὸ ὑαλόρ.*

Horum ordini accenseri meritò debent, Pastores & Doctores orthodoxi, Ecclesiarum quarundam, qui hac nostra tempestate, rectum clauum tenent, in Antichristianos recto feruntur cursu, cui se *αὐτοφθαμίεσ* debere intelligunt: nec se conseruorum iniurijs, & alijs difficultatibus, quas, ceu remoras, inijcere Satan studet, praepediri patiuntur. Hi sanè rectè *τὰ ναυάρια ἀποκίτθουσιν*, censerī debent. Vtinam uerò nos caeteri illorū dolores & molestias, lenire & mitigare studeamus.

8. Animorum dotes diuersas esse in ijs, qui uerè Sapientes sunt, & in ijs qui *ὁμωνύμοι* tales dicuntur, non est obscurum.

Verus est Prouerbiū: *si tanti vitrum, quanti margaritum*. Sapientia mundi huius instar

404 IN DANIELEM PROPHETAM
uitri picti est: sed Sapientia filiorum Dei,
uelut pretiosa margarita est, omnibus hu-
ius mundi anteponenda opibus.

Præclare dixit Augustinus: Non aliam
putes sapientiam, nisi ueritatem: in qua re-
netur & cernitur summum bonum: nullo
loco est, nusquam deest: foris admonet, in-
tus docet: dementes in se omnes in me-
lius commutat, à nullo in deterius cōmu-
tatur: nullus de illa iudicat, nullus sine illa
benè iudicat. De lib. arb.

Sapientes uerè dicti, luce gratiæ illustra-
ti, modesti, pacifici, tractabiles sunt: At *δο-
ξόσοφοι*, expertes illius lucis, opinione scien-
tiæ inflati, rixosi, & echinis intractabilio-
res sunt.

9. Documenta sapientiæ, quæ utrique
edunt, dissimillima sunt. Habet enim hic
quoque locum illud Thucydidis: *ἐν τῷ δια-
λάθοντι τῆς γνώμης, διαφορὰ ἐργῶν κατ'ἀντα.*

Sapientes huius seculi, multa pollicen-
tur, præstant nihil: in secundis autem re-
bus, uelut picæ certant cum Luscinijs, o-
derunt & infectantur filios lucis: at in per-
plexis rebus, attoniti hærent, cōsilioq; de-
stituti sibiipsis & alijs defunt.

At filij lucis, pollicentur pauca, sed Deo
dante plurima præstant. In secundis mo-
desti

deſti & diligentes: in aduerſis, conſtantes, circumſpecti, officioſi ſunt: & nequaquam iniuriarum memores.

10. Remuneratio autem utrorumque reſpondet regulæ diuinæ: Honorantes me honorabo: contemnentes autem me, contemnentur, 1. Sam. 2. 30. Quia gloriam Dei potiſſimum ſpectant, uiri Sapientes, ipſi quoque gratiam & gloriam, diuino munere conſequuntur. Δοξόδοποι autem, quum ſuam gloriam cupidè uenentur, ignominia mercedem, iuſto Dei iudicio percipiunt. Rectè enim Bernardus pronunciauit: Non recti planè, ſed peruerſi animi eſt, quærere gloriam & non exercere uirtutem: & uelle coronari, qui nõ legitimè certauerit.

VERSUS 13. 14. 15. 16.

Leſſio 74.

21. Ian.

1584.

Tunc Daniele adducto coram Rege, proloquutus Rex dixit Danieli:

Est tu ille Daniel, ex deportatis Iudææ, quos adduxit Rex auus meus è Iudæa? Et tu de quo audiui ſpiritum Deorum in eſſe tibi, & lucem, intelligentiamq; & ſapientiam excellentem inueniri in te?

Nunc ergo adducti sunt coram me sapientes, astrologi, ut Scripturam istam legerent, & interpretationem eius notam facerent mihi: sed non possunt interpretationem verbi istius indicare.

Ego autem audiui de te, posse te interpretationes adferre, & res implexas soluere: nunc si poteris Scripturam istam legere, & interpretationem eius notam facere mihi, purpura indueris cum torque aureo ad collum tuum, & tertius in hoc regno dominaberis.

Regis Belsaris oratio tribus constat partibus, Erotemate, Narratione, Exhortatione: de quibus ordine agam, si prius hæc breuiter indicauero.

Suasorij generis orationem esse, si scopum spectes.

Propositionem esse. Tibi uerò, Daniel, & legenda & interpretanda est Scriptura isthæc ominosa parieti aspersa.

Confirmatio, duobus argumentis constat, quorum primum est à possibili: Poteres id præstare: quia ijs Spiritus diuini donis

nis es instructus, quibus cæteri Chaldæorum sapientes destituuntur: alterum, ducitur ab utili & honesto: Impetrabis hoc pacto purpuram, torquem aureum, & tertium in hoc regno dignitatis gradum.

Iam ommissa hypothesi, de thesi agamus.

1. In Erotemate quæ sint notanda.

1. Cùm de præstantibus uiris quæritur, non tam de nominibus, de gente, de conditione, quàm de animi dotibus, & eorum documentis, agi. Eximiæ enim animi dotes, etiam calamitosi exulibus ornamento sunt & præsidio: econtrariò, corporis & externæ dotes, si desit prudentia, occasionem præbent iudicijs, de quibus proverbia monent: *Caput sine cerebro.* Item: *Plumbus gladius, in vagina argentea.*

2. Virorum sapientum hæc fors est, ut tyrannis imperantibus, ignoti & inglorij sint. Eius rei exemplum hoc loco occurrit. Perindè enim Rex Daniele alloquitur, ac si de nomine ei parùm notus hæcenus fuisset, de facie autem planè ignotus. Prudentes autem principes prudentium conubernio delectantur, sicut dicitur: *σοφοὶ τῶν πάντων σοφῶν αὐτοῖα.*

3. Metus tamen, quem impendentium

408 IN DANIELEM PROPHE TAM
malorum præfagia accendūt, facit, ut quos
diu neglexerunt tyranni, eos tandem sibi,
ob uirtutem & sapientiam magnificien-
dos esse, animaduertant.

II. In Narratione, obseruabimus.

1. Eosdem esse sapientum huius seculi,
tum applausores, tum reprehensores. Vt
Rex Balsasar, qui Sapientes suos longo
tempore admiratus & complexus fuerat,
primosq; omnium curauerat consilij gra-
tia, accerendos: idē postea questus est, sibi
ab ipsis minimē satisfactum esse. Familia-
re enim est eius ordinis hominibus, id
quod uulgò dicitur: *ἐκ τῶν αὐτῶν παραφθία γίνε-
ται καὶ ἡμερῶν γραμμάτων.*

2. Si uerò, qui sapientiæ dono pollent,
gloriā apud semetipsos habent, Gal. 6. 4.
ac bonorū gratulatione & testimonio con-
tenti, malorum reprehensiones surda præ-
tereunt aures.

III. Exhortatio.

1. Decet uiros sapientes, dona Spiritus
sancti, quibus excellunt ad usum publi-
cum transferre, ut eorum auctor Deus, ce-
lebretrur, & ut utilitari publicæ consula-
tur. Nec eorum dispensationem, uel acce-
ptarum

ptarum iniuriarum memoria, uel indignitatis & ingratitude filiorum huius seculi consideratio, impedire debet.

2. Videant autem sollicitè, ne sic se gerant, ut emolumentum sui maiorem, quam honestatis rationem habuisse uideantur. Non enim parum auctoritatis donis Dei & uocationi detrahitur, quando ad questum, uelut scopum, dirigi uidentur.

3. Tyranni ex suis ingenijs alios aestimant. Itaque nullis ad persuadendum argumentis libentiùs utuntur, quàm ijs quibus ipsi maximè delectantur, honestatis uidelicet, sed quæ sit questuosæ, & uanæ gloriæ.

4. Plerumque autem aureos pollicentur montes, & ea quæ præstare non possunt. Ut Balsasar, tertiù in regno suo, quod iam iam cum uita amissurus erat, dignitatis gradum Danieli pollicitus est.

VERSUS 17.

Leclio 74.
22. Ian.

Tunc respondens Daniel dixit coram Rege: Dona tua tibi sint, & honoraria tua alijs da: uerum Scripturam istam legam Regi, & interpretationem notam ei faciam, Tu o Rex.]

C 5 DA-

DAnielis oratio tribus partibus constat, Exordio, Narratione de duobus Regibus Nebucadnezare & Bellasare, & Interpretatione Scripturæ.

Exordium tribus partibus constat, Recusatione munerum, Sponsione de expositione Scripturæ, & *περὶ φωνήσας*.

De munerum recusatione.

Thesis. Dei Seruis non quæuis munera, accipienda sunt. In muneribus accipientis habenda est ratio istorum omnium.

1. Affectus, uidelicet uerecundiæ, quæ non est negligenda accipienti.

2. Delectus munerum. Quædam enim honesta & necessaria sunt, inhonesta quædam & minimè necessaria.

3. Personæ dantis. Ut à laudato uiro laudari : à benefico beneficium accipere, gratum esse potest : sic ab illaudato laudari, turpe : à maligno homine beneficium accipere, periculosum est. Panis enim lapidosus est, quicquid ab istis proficiscitur. Notum etiam est prouerbium : *ὅτι κατὰ φωνήσας*, quod in eos torquetur, qui pauperes, hircinæ instar, exugunt.

4. Circumstantiarum, Temporis & Locum, iuxta Prouerbium : *ὅτι πάντα, ὅτι πάλιν, ὅτι*

παρὰ

κατὰ πάσαν. Nam (ut de officio Proconsulis
rescripserūt Imp. Seuerus & Antoninus)
inhumanū est à nemine accipere: sed pas-
sim, uilissimum: & omnia auarissimum.

*De lectionis & interpretationis pol-
licitatione.*

Thesis. Fiducia unctiois omnia docen-
tis pios, animum illis addit, ut ea se præsti-
turos polliceantur, quæ cæteri nō possunt
præstare, & quæ alioquin captum huma-
num longè excedunt.

Ne quis ergo opinetur, Danielelem, car-
nali quadam persuasione de sapientia sua,
fascinatū, temerè hanc tantam prouin-
ciam legendi & interpretandi prophetiæ
Scripturam, sibi sumpsisse.

Sæpè autem repetant studiosi elegans
Plurarchi dictum: Quo magis cuique acce-
dit ex Philosophia rationis, eo plus dece-
dit fastus & arrogantia. Sic autem ad usus
suos transferant: Quo magis accedit ex
Theologia pietatis, eo plus fastui & iactan-
tiæ decedit.

Præclare autem dixit Augustinus: Nul-
la præsumptio perniciosior, quàm de pro-
pria iusticia ac scientia superbire.

De Apostrophe ad Regem.

Tu ô Rex: deest aliquid, uerbi gratia, audi:
aut, quo loco sint res tuæ etiam atq; etiam
perpende.

Videtur autem esse tacita conscientie
appellatio. Rex quidem fuisti hætenus,
sed quo ingenio, quibus moribus, tua ti-
bi conscientia non obscure testatur. In te-
ipsum descende, & quæ aui tui, quæ tua fa-
ta fuerint, considera: & quæ dicturus sum,
rumina. Tua enim res agitur.

Thesis. Dignitatis nomenclatura de of-
ficio hominem admonet: cui si satisfecit
hætenus, conscientie tranquillitate frui-
tur: si non satisfecit, uehementer pertur-
batur.

VERSUS 18.19.

*Deus excelsus regnum & amplitu-
dinem, gloriamq; & decorem dede-
rat Nebucadnezar auo tuo: & ob am-
plitudinem quam dederat ei, omnes
populi, nationes & lingue tremebant
ac timebant à conspectu eius: quem
volebat, occidebat: & quem volebat,
percutiebat: & quem volebat, ex-
tolle-*

tollebat: & quem volebat, deprimebat.

Hoc initium est narrationis de Rege Nebucadnezare, cuius hic scopus est: Rex ille à Deo constitutus, quum immemor Dei Regum Regis, superbè sese extulisset, & *θεομαχῆν* ausus esset, pœnas eius sceleris dedit. Frangit enim Deus omne superbum. Resistit superbis. At quum idè sese summisisset sub potenti manu Dei, in gratiam receptus est. Etenim humilibus dat Dominus gratiam.

Cæterùm Narrationis de Nebucadnezare tres partes sunt: Prima, de principis illius exaltatione & eius causis: Secunda, de eiusdem peccato & pœnis: Postrema, de pœnitentia illius & restitutione in integrum. Ex hoc autem loco discimus, quæ nam *λεξιπνεύματα* potissimùm in illustrium virorum historijs, nobis sint obseruanda, & ad usum transferenda. Nos Theses subjungemus, & eas hypothesebus de Nebucadnezare illustrabimus.

Thesis.

Dei beneficio, certa lege, Reges regnât.
Rom. 13. 1. Non est potestas nili à Deo: &
quæ

414 IN DANIELEM PROPHETAM
quæ sunt potestates, à Deo sunt ordinatæ.

Idem testatur hypothesis de Nebucadnezare, cuius regni maiestatis & potestatis, causa & effectus describuntur.

Auctor seu causa efficiens fuit Deus excelsus, qui dominorum Dominus est. Causa *καυσα* fuit beneplacitum Dei, quod dandi uerbo denotatur. Sententia est, Nebucadnezar nullo suo merito, solius auctorem Dei gratia regnum & gloriam plane admirandam, adeptus est.

Ab hac autem hypothesis, pia mens ad Thesin digrediat, de qua Paulus Apostolus: Quid autem habes quod non acceperis? quod si etiam accepisti, quid gloriaris ut qui non acceperis? 1. Cor. 4. 7. Agnoscamus itaque animam, corpus, uitam, ingenium & alia animi corporisque bona nos, non nisi precario accepisse: & si illa nobis grata sunt, auctorem celebremus.

Effectus distinguuntur ratione patientium & agentis.

Nam si subiectos spectes, illi uero merebant Regem Nebucadnezarem, *δυναστη* imperium inchoantem, imò per tyrannidem multos crudelissime opprimentem.

Thesis. Sicut Tyranni, metum subditis

tis incuriunt: ita Patres patriæ, reuerentiam suorum animis ingenerant.

At si consideres Regem ipsum, uitæ, necis: gloriæ & infamiæ subditorum, plenam potestatem sibi sumebat & exercebat.

Thesis. Tyranni, pro suo libitu, de uita, fortunis & honore subiectorum statuunt: quia non agnoscunt superiorem Dominum: at pii Principes moderatè de his omnibus statuunt: ut qui sciant sibi reddendam rationem administratæ Reipub. Deo iusto iudici.

Tyranni Alcibiadæis sunt moribus, & opinantur sibi ius fasque esse seu benè facere, seu pessimè tractare: secundum illud dictum: ἡ πολιμία ὄν σφόδρα ἐβλαπτόν, καὶ ὄν φιλία ἄν ἰκανῶς ὀφειλεῖται, Thucyd. lib. 6.

VERSUS 20.21.

Sed quum elatus esset animus eius, & spiritus illius obduratus esset ad superbè agendum: depositus est è folio regni sui, & gloriam amouerunt ab eo. Nam ab hominibus depulsus animum suum ad bestias applicuit, & cum oragris habitationē suam, herbam

416 IN DANIELEM PROPHE-
tam ut bobus gustandam dederunt
ei, & rore cæli corpus eius intinctum
est.

HÆc est altera pars narrationis de Ne-
bucadnezaris culpa & pœna: de qui-
bus superius quoque actum fuit.
Nos *hæc* de eo quod est præcipuum, a-
gemus.

Thesis. Ante contritionem est superbia,
& ante ruinam elatio spiritus, Prouerb. 16.
uers. 18. Obseruent autem studiosi arrogan-
tiæ efferentis sese supra omnes homines,
& Deo aduersantis.

1. Fontem, uidelicet elationem animi
sese nimiùm amantis & admirantis.
2. Proprium, uidelicet obdurationem
spiritus, de qua dicitur: Cõfirmant sibi rem
malam, &c.
3. Signa. Psalm. 101. uers. 5. Elatum o-
culis & latum corde, ipsum non potero
ferre.

Intueatur aliquis historias de Alexan-
dro Magno, de Pompeio magno & multis
alijs: & animaduertet idem illis quod Ne-
bucadnezari euenisse.

Sint autem in conspectu hæc dicta. Su-
perbiæ, inquit Lucius, & crudelitatis, si
seræ,

seræ, non tamen leues ueniunt pœnæ. Iactantiam, inquit Augustinus, tolle, & crimus pares omnes.

EODEM VERSU 21.

Donec agnouit Nebucadnezar dominari Deum excelsum in regno hominum, & quem uult constituere in eo.

Hæc postrema pars est narrationis, de Nebucadnezare: in qua agitur de illius ^{miratio} Resipiscencia: cuius insigne documentum fuit, quòd Deum superiorem, regna pro suo arbitrio constituentem & transferentem, demissè agnouit.

Thesis 1. Sapiunt Principes quum Deum superiorem agnoscunt, qui liberrimè imperia, instituit, transfert, abolet ob peccata: ut infinita prope Scripturæ dicta restantur.

Thesis 2. Et nos Subditos agnoscere decet, Dei consilio hunc ipsum Magistratum nobis esse præpositum, ac proindè ei obediendum, Rom. 13. Simus ergo nostro Catone

contenti.

D

VER

Lectio 76.

24. Jan.

Tu igitur fili eius Belsasar, non depressisti animum tuum, quamuis totum hoc cognosceres: imò contra Dominum cæli adeò extulisti te, ut vasa domus illius attulerint coram te, in quibus tu, proceresq; tui, uxores tuæ, & concubina tuæ, bibatis vinum: deosq; argenteos & aureos, æreos, ferreos, ligneos & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque cognoscunt laudauisti: Deum verò, in cuius manu est anima tua, & penes quæ totum iter tuum est, non glorificasti.

HÆc posterior narratio de impietate Belsaris Regis, ut etiam prior illa de Nebucadnezare, *δικαιωτή* seu iudicialis est. Proponitur autem in hac exemplum grauissimæ sententiæ Davidis, quæ monet filios huius seculi, ne quidem tragicis maiorum suorum calamitatibus, in quas ob peccata inciderunt, sic commoueri, ut respiscant: ne dum ut aliena fruatur infania, & alienis malis docti, rempestiue

pestiue melioribus consilijs locum dent, Pſal. 49. 12. 13. Sed homo iste in splendore non perdurabit, & similis fit brutis que in- tereunt. Hæc uia eorum stulticia est ipsis: posteri tamen eorum ore suo eam appro- bant.

Propositio. Rex Belsasar grauiter pec- cavit.

Hanc propositionem ideo præmittit, & ueram esse ostendit Daniel, ut ordinè iusti- ciæ pœnas sequuturas esse, innuat.

Confirmatio constat duobus argumen- tis: de quibus ordinè dicam.

1. A causa efficiente. Grauiſsimè sanè peccat, qui sciens prudens que peccat: nec meretur misericordiam ullam. Liquet id ex contrario. Misertus est, inquit Paulus, mei Deus: nam ignorans id faciebam, fi- dei expers, 1. Tim. 1. 13. Atqui tu, ô Rex, li- cet probè scires Auum tuum superbiæ suæ dedisse pœnas, & per pœnitentiam restitu- tum in integrum: unde colligere poteras, ne tuam quidem arrogantiam impunitam fore: nihilominus tamen animum tuum non summiſiſſe: sed ad eundem impegisse lapidem. Quare certum est grauiter te pec- cauiſſe.

Theses.

1. Filij huius seculi, ne quidem Maiorum suorum tragicis calamitatibus, in quas ob scelera inciderunt, ita afficiuntur, ut sibi resipiscendum ducat.

2. Multum interest inter peccata quæ in *πεσπρίστας* committuntur, & ea quæ per imprudentiam & ignorantiam zelo incôsulato, admittuntur: si inquam efficientem causam spectes. Ideo non est uerum Stoicorum paradoxum, quod fingit paria esse peccata.

3. Peccâtes sine *πρωτοληψία* sunt, arguendi: præcipuè tamẽ quum impendent fatales eorum pœnæ. Sicut hoc loco Danielem fecisse uidemus. Et notum est illud dictum Pauli Apostoli: Eos qui peccant, coram omnibus argue, ut & reliqui timeant, 1. Tim. 5. 20. Et si autem de presbyteris delinquentibus, & ob id reprehendendis potissimùm loquitur Paulus: tamen, quomodo & alij, siue in dignitate aliqua, siue nulla, constituti, si grauius delinquant, corripiendi sint, ostendit.

11. Ab Obiecto. Grauius peccant, qui in Deum ipsum sunt præcipuè iniurij, quam qui in seipsos aut alios homines delinquant.

quunt. Meminerint autem Studiosi, hæc *κατὰ ἀποκρίσιν*, non autem absolute, dici. Et enim qui in uno offenderit, omnibus tenetur, *lac. 2. 10.* Sed quum etiam secundum obiecta, rectè distinguantur peccata, grauius quidem peccare censetur, qui in proximum aut seipsum peccat, omnium autem grauius qui in Deum ipsum maxime est iniurius. Itaque David, quum commisso adulterio, fuisset iniurius in proximum, cuius thorum uiolauit: in seipsum: quia, ut qui scortatur, ita qui adulterium committit, in proprium corpus peccat, *1. Cor. 6. 18.* & *καὶ ὁρῶ κακῶν* (ut fieri assolet) *ὁρῶντων*, adiecisset homicidij enorme scelus: tamen, magna de causa exclamat: Tibi, tibi soli peccaui, & malum in oculis tuis feci: ut iustificeris in sermonibus tuis, & mundus sis quum iudicaris, *Psal. 51. 4.*

Atqui tute, Rex Belsazar in Deum ipsum grauius peccaui.

Quare certum est te grauius peccauisse.

Minorem probat. Qui sese effert contra Deum, is uerò in eum grauius peccat. Tu uerò extulisti te hactenus aduersus Deum. Ergo, &c.

Minorem Epilogismo probat, tribus argumentis constante.

1. Abusus uasorum sacrorum, quæ non ad Epicureas ingurgitationes profanorum hominum, sed ad libamenta & religiosas ceremonias, facta & consecrata fuerunt diuina auctoritate, manifestum est testimonium, arrogantiam Deum iridentis animi, & confundentis sacra & profana. Tu autem, ô Rex, abusus uasorum sacrorum auctor exstitisti: Vides igitur te superbia tua *θραυδαλον* esse?

2. Qui idolis diuinas laudes impiè tribuunt, audacissimè Deo debitum cultum ei derogant. At tu, Rex, cum tuis laudasti Idola. Hanc Minorem amplificat, primùm materiæ, ex qua illa confecta essent: deinde priuationis sensuum & intelligentiæ, mentione facta: ut quam absurda esset Idolatria, ostenderet.

3. Summa audacia & superbia est, non agnoscere nec celebrare Deum, uitæ auctorem & gubernatorem, causam omnis boni, quo fruuntur homines. Tu uerò Deum, in cuius manu est anima tua, & penes quætorum iter tuum est, non glorificasti. Ergo, &c.

De Idola

De Idololatrarum superbia.

1. Nulla maior superbia esse potest, quàm si ea quæ se opponit audacter, non creaturis, sed Creatori Deo, omnipotenti, iusto, sapienti, bono.

Talis autem est Idola colentium superbia.

Quare nulla maior censeri potest.

2. Minorem probant hæc manifesta superbiæ efferentis sese aduersus Deum argumenta, quæ non nisi *υπερανωδως* subijciam.

Quòd sacra eodem quo profana loco habent: & utrisque ad Epicureismum abutuntur summa cum licentia.

Quòd non uerentur rebus inanimatis & artificiosis eum deferre cultum, qui soli uiuo & omnipotenti Deo debetur. Atq; hoc est mutare gloriam incorruptibilis Dei in efformatam imaginem, Rom. 1. 23.

De earundem uæcordia.

Idololatrarum uæcordiæ & stuporis hæc documenta sunt.

1. Quòd Maiorum tristibus exemplis, nihilò sunt prudentiores aut meliores.

2. Quòd se mutis, inanimatis Idolis

424 IN DANIELEM PROPHETAM
subijciunt: de quorum materia, efficiente,
forma ipsis constat. Hoc uerò iusti iudicij
Dei argumentum est. Qui enim Deum sa-
pientiæ, bonitatis & uirtutis fontem in-
exhaustum, contemnunt: serui fiunt ^{ad idola}
^{ps 701} inanimatorum Idolorum.

3. Quòd non agnoscunt uerum aucto-
rem uitæ suæ, & omnium eorum bonorū,
quibus fruuntur. An non autem cæcitas
mentis est, non agnoscere eum in quo sis
uiuas & mouearis, Act. 17.

4. Quòd non uident Idola nihil aliud
esse quàm diabolica instrumenta, ad idu-
num efficta, ut seruiant ad uerū Deum con-
tumelia afficiendum.

Lectio 77.
25. Ian.

DE SORTE GENERIS
humani.

1. **O**Mnes homines quod sunt & uiuunt
& intelligunt, id uni Deo in soli-
dum debent.

Actorum 17.28. Per ipsum enim uiuimus
& mouemur, & sumus.

Et hoc loco Daniel Belsafarè alloquens,
de uitæ humanæ conseruatione dicit: Deum
uerò in cuius manu est anima tua.

2. Idem

2. Idem Deus gubernator uitæ humanæ. Iuxta dicta:

Proverb. 16.1.2. Hominis sunt præparationes cordis: sed à Iehouah est responsio linguæ. Omnes uiæ uiri mundæ sunt in oculis suis: sed qui ponderat spiritus, est Iehouah.

Et Daniel Regi dixit: *Penes Deum totum interuum est.*

3. Sed tamen interest inter gubernationem eorum, qui sunt in Ecclesia & ex ea: & inter eos, qui extra Ecclesiam *καὶ ἀμτανόητοι* sunt.

Psal. 147.19.20. Annunciat uerbum suum ipsi Iacob, iudicia sua & statuta sua Israëli. Non fecit sic cuilibet genti: & iudicia eius non nouerunt.

4. Tàm eos quorum tempestiua uocatio est, quàm eos quorum fera est uocatio, peccantes, uirga paterna in uiam reuocat, quia filiorum loco eos habet.

Heb. 12.6. Quem diligit Deus, castigat: & flagellat quemcunque filium recipit: & uersu. Quod si estis absque castigatione, cuius participes sunt omnes, nempe spurij estis, non filij.

5. Cæteros qui spurij *καὶ ἀμτανόητοι* sunt,

426 IN DANIELEM PROPHETAM
pœnis iustis afficit : ut historia Belsaris
testatur.

Psal. 11. 6. Pluet super impios laqueos, &
ignem, & sulphur, & spiritus procellarum
erit pars calicis eorum.

6. Vtrorumque uite periodus à Dei nu-
tu pender.

Psal. 76. 13. Qui succidit spiritum Princi-
pum, terribilis est Regibus.

Item, Psal. 104. 29. Abscõdis faciem tuã,
turbantur: aufers spiritum eorum, deficiunt:
& in puluerem suum reuertuntur.

Praxis, eorum quæ dicta sunt, in his po-
sita est.

1. Agnoscamus singuli uite benedictio-
nem à Deo in nos redundasse.

2. Eo nomine absit à nobis quàm lógis-
simè omnis aduersus Deũ elatio animi &
θυσμαχία: sed obediamus Deo.

3. Ne putemus nobis quodcunque li-
bet etiam licere: quia Deo cogitationum,
dictorum, factorumq; reddenda erit ratio.

qui sunt de
periodo.

4. Intueamur exempla, tam superbiæ
efferentis sese aduersus Deum, quàm pœ-
narum, quæ ostendunt, eos infra cæteros
homines, in bestiarum ordinem redigi, qui
ἰσέθροι esse uoluerunt.

5. Sta

5. Statuamus tamen firmiter, eos quibus conuersionis donum datur, ubi dederint Deo gloriam, instaurari à Domino, & recipi in gratiâ: ut Nebucadnezaris exemplum monet.

6. Ne mirum nobis uideatur, quòd Re-probi exemplis Maiorum non mouentur ad bona, sed ad mala prosequēda. Est enim hoc illis proprium, ut sint inepti ad bona, & tam ad mala apti & procliues, quàm est ad præcipitium Sphæra prona.

7. Qui sacra & profana miscent: cultumq; Deo debitum idolis deferunt, re ipsa testantur sese in reprobam mentem esse traditos. Vt est uidere in Belsafaris exemplo.

8. Manet autem hos repentinum & inenitabile fatum. Vident hæc Recti, & lætantur: & omnis iniquitas (abstractum pro cōcreto sumitur, & omnes iniqui) claudit os suum, Psalm. 107. 42.

VERSUS 24. 25. 26. 27. 28.

Tunc à conspectu eius missa est pars illa manus, vnde Scriptura ista exarata est. Atque hæc Scriptura illa quæ exarata est, Mene mene, Tekel, vphar.

vpharsin: id est, Numerauit, numerauit, appendit, diuiduntq̄. Hac interpretatio verborum. N V M E R A V I T: numerauit Deus regnum tuum, & completum est: perfectissime numerauit illud. APPENDIT: Appensus fuisti lancibus, & inuentus es minore pondere. D I V I S I T, diuisum est regnum tuū, traditumq̄, Medis ac Persis.

IN hac postrema parte orationis Danielis, uertitur totius rei exponendæ cardo. Tria autem ordinè & perspicuè traduntur. Commonefactio de caussa principali Scripturæ istius uatidicæ: Lectio eius genuina: Expositio eiusdem concinna & uera.

*Commonefactio de caussa efficiente
Scripturæ.*

Huius antè omnia expressam mentionē fieri oportuit, ne quis locus esset suspitioni de hominū impostura, quæ meritò contemni posset à Rege: cui iudiciū Dei aspernari, non ita facile erat.

Disertè autem testatur, Dei nutu Scripturam

pturam in pariete depictam esse: ac discernit Auctorem eius rei principem, & *εμφορική* manus, & huius effectum, uidelicet Scripturam.

Utinam uerò ipsi quoque, citra superstitionem, obseruemus opera Iehouæ, & intueamur testimonia iræ ipsius, quæ interdum mirando modo terræ, cælo, mari inscribit: utinam & quem unicuique nostrum dedit ignarium, sentiamus, ne claboremus *ἀναυθόνοια*: ne de nobis dici possit illud Pauli: Qui postquã dedoluerunt, semetipfos dediderunt proteruię, ad certatim patranda impuritatem omnem, Eph. 4.19.

Numerauit, numerauit Deus regnum tuum,
& perfectissimè numerauit seu complet
uit illud.

Leclio 78.

3 Febr.

Hac finita

orsus sum

Obadiam.

A Nadiplosis in numerandi uerbo, certam esse Dei sententiam de Regni Babylonici iam iam instante periodo, monet.

Incidit autem annus ultimus, Monarchiæ Babylonis, & Deportationis Iudæorum, cui 70 anni præfiniti fuerant, in Annum Mundi conditi 3434 ante Christum natum 537. secundum uiri doctissimi Abrahami

430 IN DANIELEM PROPHE TAM
hami Bucholceri chronologiam, quam libenter sequor.

Thesis. Ut uitæ humanæ, sic imperijs mundi, certus annorum numerus, diuinitus præstitutus est.

De uita hominis, quæ spithamæ instar est, semper in numerato nobis sint hæc duo dicta: Scire fac me Iehouah finem meum, & numerum dierum meorum quis sit, sciam quam mundanus sim. Ecce ut palmos posuisti dies meos, & æuum meum tanquam nihil coram te: profectò uniuersa uanitas omnis homo stans, Psal. 39. 5. 6. Item: Ut numeremus dies nostros, sic scire fac nos, & adducemus in cor sapientiam, Psal. 90. 12.

Testatur autem uniuersalis experientia, omnium mundi temporum historijs exposita, summis imperijs negatum esse semper stare. Itaque habent sua exordia, suam *auxilid*, quando florent: suam *uapauulid* & periodum.

Monarchia Assyriorum, à Nimrodo ad Sardanapalum, durauit 1360. annos: postea translata est ad Medos, anno Mundi 3150. Hi cum Chaldæis imperarunt annos 285.

Monarchia Persarum, cœpit anno Mundi

di 3435. duravit annos 207. desijt anno
Mundi 3642.

Græcorum Monarchia, auspicijs Alexan-
dri Magni instituta, cœpit anno Mundi
3642. duravit usq; ad Iulij Cæsaris Monar-
chiam, annos 282.

*Appendit: appensus fuisti lancibus & in-
uentus es minore pondere.*

Quum de Regni Babylonici periodo, e-
gisset Propheta: subiunxit expositionem
secūdi uerbi, quod de Deo, censoriam uir-
gulam in Regem Belsarem, sibi optimo
iure sumente, fuerat annotatum.

Sententia est. Sicut numini adulterini,
nec iusti ponderis, iurè reijciuntur à libri-
pende, ita tu, ô Rex, à Deo, cui omnia sunt
nōra, deprehensus es pretij nullius ac pro-
inde reijculus.

Thesis. Deus, sine respectu personarum,
instam in omnes censuram agit, & quasi
lancibus, adhibitis, singulos exactè pon-
derat. Iuxta hæc dicta. Tantum uanitas,
sunt filij hominum: mendacium filij uiri:
in stateras si ascendant ipsi, leuiores erunt
uanitate simul, Psalm. 62. 10. Ergo non est,
cur Deo, qui unicum & tutissimum no-
strum

432 IN DANIELEM PROPHETAM
strum perfugium est, omisso, hominibus
confidamus. Sæpè etiam fit, ut nobis ipsis
adulemur, & fucum faciamus, ideò & sem-
per repetenda est hæc sententia: Omnes
uiæ uiri mundæ sunt in oculis ipsius: sed
qui ponderat spiritus, est Iehouah. Pro-
uerb. 16. 2. Expendamus autem & dicta no-
stra, memores prouerbij: *Lingua quò uadis?*
Iuxta Siracidis dictum: Labia loquacium
narrant absurda: dicta autem Sapientum
statim ponderantur, Eccl. 21. 28.

Cogitatio-
nes pondera-
randa.
Item dicta,

*Diuisit, diuisum est regnum tuum, traditumq;
Medis & Persis.*

Tertium uerbum, de ijs, qui subuersa Ba-
bylonica Monarchia nouam instituturi e-
rant, agit.

Tantæ autem rei, *ἀτίον λέγειον* erat Ieho-
uah, qui regna transfert & stabilit, & ea dat
cui uult: *αὐτοῦ ἦσαν* erant Medi & Persæ, quo-
rum ministerio ad eam rem perficiendam
Deus est usus.

Thesis. Solus Deus & aufert, & quibus
uult, dat regna. Mentitus itaque est Ten-
tator, quum Domino nostro Iesu Christo
regna mundi & eorum gloriam monstrâs,
diceret: Tibi dabo potestatem hanc uni-
uersam,

uerfam, & gloriam illorum regnorum: nam mihi tradita est, & cuicumq; uoluero, do eā. Itaq; si tu adoraueris me, erunt tua omnia, Luc. 4. 6. 7.

Alia est bonorum terrenorum, alia cœlestium ratio. Illa sæpè communia sunt bonis & malis, ac mira eorum ἀδυναμία est, quæ nos monet, ut si multiplicetur substantia, nō tamen sit apponendum cor, Psalm. 62. 11. Hæc autem electorum propria, salutaria & perpetua sunt, nec nobis eripi à mundo aut Satana possunt. Ideò hæc maximi faciamus, firmusq; eis benè contenti, etiamsi illis carentum sit.

Quum autem nostram quoque uitam numeret Deus, cogitationes, dicta & facta pōderet, terrenaq; bona aliàs det, aliàs auferat: oremus eundem ut nos totos sanctificet & regat: nec patiat in uanitate dies nostros absumere, &c.

VERSUS 29.

Tunc edicēte Belsasare, induerunt Danielem purpura, cum torque aureo ad collum eius: & proclamauerunt de eo ipsum futurum dominatorem terrarum in eo regno.

E

Ex

EX hac historia liquet, etiam Tyrannos interdum ornandis & locupletandis pijs, seruire uoluntati diuinæ: quàm penes est regum corda flectere. Hæc sententia quum sit perspicua, non ero prolixus in eius expositione.

Sint autem in conspectu hæc de gloria & infamia, Capita.

1. Gloria & infamia, iudiciorum Dei documenta sunt. Iuxta illud: Honorantes me, honorabo: & contemnentes me, contemnentur, 1. Sam. 2. 30.

2. Summa gloria est, Dei ueritatisq; causa in mundo fieri infamem.

3. Econtrà summa infamia est, per Dei ueritatisq; contempnum, mundi gloriam, plañe euanidam, captare.

4. Maioris faciēda est laus moderata prudentum, quàm hyperbolica encomia imprudentum.

5. Filiorum huius seculi elogia & munerata, aliud est anxie expetere, aliud ultrò detibi nimium placeas, admittere.

6. Sæpè fit, ut quem domestici contemnant, exteri mirentur.

7. Sæpè etiam fit, ut quem Princeps diu negle-

neglexit, tandem sibi magnificandum esse, animaduertat.

8. Semper nobis cordi sit regula Pauli: Opus autem suum probet unufquifq; & tunc in semetipso gloriationem habebit: & non in alio, Gal. 6.4.

VERSUS 30.

Eadem nocte interfectus est Belsar Rex Chaldaorum.

DVm Babylonij, securi suarum rerum dies festos agunt: Persæ noctu per fluminis (ex parte aliò deriuati) alueum ingressi, inuadunt urbem somno uinoq; sepultam. Ductores horum fuerunt Gobryas & Gadaras, qui in regiam irrumpentes, Regem obruncauerunt. Historia extat apud Xenophontem libro 7.

Pædiæ Cyri.

436 IN DANIELEM PROPHETAM
HISTORIA DE EX-
PUGNATIONE BABY-
LONIS DESCRIPTA A

*Xenophonte lib. 7. In-
stit. Cyri.*

Babylonem ipsam multo cum equitatu, multis sagittarijs & iaculatoribus uenit Cyrus, cum funditoribus autem numero infinitis. Cumque iam ad Babylonem adesset, exercitum omnem circa urbem locat: deinde cum amicis & ijs, qui socijs ad res gerendas idonei erant, cum ipse obequitat. Postquam muros spectasset, ab urbe copias abducere parabat: cum trans fuga quidam ex urbe ueniens ait Babylonios ipsum aggressuros, quando copias abduciturus esset. Nam ipsis de muro phalangem hanc despectantibus. inquit, uisa est imbecilla esse: quod quidem ita esse mirum non erat. Nam cum murum amplum circumdarent, necesse erat phalangem ad latitudinem exiguam redigi.

Quae cum Cyrus audisset, stans in medio sui exercitus, cum ijs, quos circum se habebat mandat ut grauis armaturae milites ab utraq;

utraq; extremitate phalangem expenden-
 tes abirent propter eam exercitus partem,
 quæ subsisteret: donec utraque extremitas
 ad se atque ad ipsum medium perueniret.
 Quod cum facerent, tum ijs qui subsistebāt
 fiducia quædam addebat, quippe cum
 duplicata iam esset aciei latitudo, & illis
 consimiliter qui abscedebant. Nam conti-
 nuò qui subsistebant propè ab hostibus ab-
 erant. Cum autem pergendo extremitates
 utrinq; coniunxissent, stabant iam firmio-
 res, tum qui abscesserant, propter antero-
 res: tum anteriores, propter eos qui à tergo
 accesserant. Hoc modo explicata phalange
 necesse est primos & ultimos fortissimos
 esse: grauissimos in medio collocari, quæ
 acies uidebatur & ad dimicandum rectè in-
 structa esse, & ad prohibendam fugã. Præter-
 ea equites ac uelites, qui ad cornua erant,
 semper eò propius ad Imperatorem acce-
 debant, quo phalanx duplicata latior red-
 debatur.

Posteaquam hoc modo conglobati erāt,
 pededentim inde abscedebant, quo pertin-
 gebant tela de muro. Cum extra telorum
 iactum forent, uerterunt se: ac primùm qui-
 dem paucos passus progressi, mutabantur

438 IN DANIELEM PROPHETAM
clypeum uersus, ac stabant ita ut murum
intuerentur. Quantò autem longiùs dista-
rent, tantò rariùs mutabantur. Posteaquam
in tuto sibi esse uidebantur, in ordine con-
tinuò recedebant, donec ad tabernacula
peruenirent.

Castra uerò cùm metati essent, Cyrus ijs,
qui erant gerendis rebus idonei, conuoca-
tis, dixit: Urbem socij undiq; contemplati
sumus: atq; equidem, quo pacto quis adeò
firmos & excelsos muros oppugnando ca-
pere possit, uidere mihi non uideor. Quan-
tò autè plures homines in urbe sunt, quan-
do ad pugnandum nõ exeunt, tantò citius,
fore ut fame capiantur, arbitror. Quare nisi
quem alium modum exponere potestis,
hoc ipso nobis obsidendos esse aio.

Et Chrystantas inquit: hiccine fluius
per urbem mediam labitur, cuius latitu-
do stadia duo superat? Ita me Iupiter amet,
ait Gobryas, etiam profunditas tanta est, ut
ne duo quidem uiri, alter alteri insistentes,
supra aquam emineant. Quo fit ut fluius sit
urbs etiam munitior quàm mœnibus. Et
Cyrus, missa faciamus hæc quæ uiribus no-
stris maiora sunt, mi Chrystanta. Postea-
quam uerò dimensi quamprimùm omnia
fuerimus,

fuimus, partem nostrum quamlibet fossam quamlatissimam ac profundissimam fodere necesse est, ut quam paucissimis custodibus nobis opus sit.

Sic igitur undique circa murum dimensus, relicto à flumine intervallo quantum satis esset magnis turribus ingentem fossam circum murum undique egit, terra uersus seipos aggesta.

Ac primum quidem Turres propter flumen exstruebat, palmis fundatas, quarum non minor erat quam iugeri longitudo. (Nam hæc maiorem etiam in longitudine excrescunt) Etenim palmæ pressæ pondere, sursum curuantur, quemadmodum asini canthelij. Supponebat autem has eius rei gratia, ut quammaximè uideretur id facere, quod solet, qui ad obsidionem sese comparat: quo tamen si flumen in fossam dilaberetur, turres ipsas non tolleret. Etiam multas alias turres in terra egesta excitabat, ut quamplurima essent excubiarum loca. Et has quidem res illi agebant. Qui autem in muro erant, obsidionem hanc ridebant, quippe quibus esset commeatus amplior, quam in annos uiginti.

Quæ cum Cyrus audisset, in partes duas

440 IN DANIELEM PROPHETAM
decim exercitum diuidebat, ut pars quælibet unum anni mensem in excubijs esset. Quibus iterum auditis Babylonij, multò etiam magis irridebant, cum cogitarent secum, Phryges'ne, ac Lycij, & Arabes & Cappadoces custodituri se essent, quos omnes arbitrabantur animis erga se magis esse beneuolis, quàm erga Perlas.

Ac fossæ quidem iam actæ erant. Cyrus uerò cū audisset, esse Babylone festū quoddam tale, quo Babylonij omnes noctem totam biberent & commessarentur: quàm priùs hac tenebræ factæ essent, adsumptis multis hominibus fossas uersus fluuium aperuit.

Quod cum factum esset aqua noctu in fossas manabat, & alueus fluuij per urbem tédens hominibus permeabilis esse cœpit.

Quæ res cum hoc pacto appareretur, Cyrus Persicis millenū & peditum & equitum præfectis imperat ad se adessent: ac p' binos ordinē millenarium ducerent: reliqui socij hos à tergo subsequerétur, collocati quemadmodū priùs. Et hi quidē aderant, ac Cyrus immittens in fluminis partē siccam ministros tã pedites quàm equites, iussit explorarent, an ne uadum fluminis permeari
pos-

possit. Posteaquã illi posse permeari renun-
 ciarent, rum uerò peditum equitumq; du-
 cibus conuocatis, huiusmodi uerbis ad eos
 est usus: Flumen hoc nobis, amici, de uia in
 urbem ducente celsit. Itaque fidentibus a-
 nimis ingrediamur in urbem, nihilq; me-
 tuamus: sed cogitemus, hos aduersus quos
 nunc pergemus, eos esse, quos nos & à so-
 cijs instructos, & omnes uigilantes & so-
 brios, & armatos & in acie dispositos uici-
 mus. Iam uerò aduersus eos tendimus, quo
 tempore multi eorum dormiūt, multi sunt
 ebrii, omnes nullum in ordinem dispositi.
 Posteaquam autem senserint etiam nos es-
 se in urbe, multò magis quàm nunc, inuti-
 les futuri sunt, quia exanimati erunt. Quod
 si quis cogitet esse formidabile urbem in-
 trantibus, ne in recta illi ascendentes, huic
 inde in nos eiaculentur: hoc ipsum maxi-
 mè uobis animum addat. Nam si qui con-
 scendent ædes, opitulator nobis est Deus,
 Vulcanus. Et sunt eorum uestibula crematu
 facilia. Nam ianuæ de palma fabricatę sunt,
 & asphaltu sunt inunctę, ignis fomite. No-
 bis & facum est copia, quæ celeriter ma-
 gnum ignem excitabunt: & picis & stuppe,
 quæ citò magnam flammam eliciunt. Quo

442 IN DANIELEM PROPHETAM
fiet ut uel necesse sit hos ab ædibus fugere,
uel celeriter exuri. Verùm agite, capite ac
ma. Equidem (Dijs iuuantibus) præibo: uos
autem Gadata & Gobrya, nobis itinera de-
monstrate, quæ uobis cognita sunt: & cum
erimus urbem ingressi, quamprimùm ad
regiam ducite.

Atqui, aiebant Gobryæ milites, non mi-
rum fuerit. Nam regiæ ostia clausa non ce-
runt, tanquam in comestatione. Urbse-
nim uniuersa nocte hac comestatione occu-
pari uidetur. Sed tamen in excubias ante
regiæ ianuas incidemus, quippe quæ sem-
per illuc collocentur. Id uerò negligendum
non est, ait Cyrus: sed eundem tamen, ut
quàm maximè imparatos offendamus. Quæ
cum essent dicta pergebant. Si qui autem
occurrebant, ij partim cæsi peribãt, partim
rursus in urbem fugiebant, partim clama-
bant. Iridem Gobryæ milites clamabant,
quasi & ipsi comestatores forent: & pergen-
tes quàm poterant celerrimè, ad regiam
perueniunt.

Atque hi quidem Gobryæ Gadatæq; ad-
iuncti, regiæ portas clausas inueniunt: qui
uerò aduersus uigiles dispositi erant, irruunt
in eos ad multam Lucem potantes, sta-
timq;

timq; hostili cum eis more agunt. Orto autem clamore ac strepitu, eum qui intus erant tumultum animaduverterent, ac rex iuberet considerari, quid'nam negocij foret: excurrunt nonnulli foribus apertis. Eas cum patefactas esse Gadatæ milites uiderent, irruunt, & rursus illos fugientes intro, tum sequuti, tum ferientes, ad regem perueniunt, quem stantem cum acinace quem habebat, districto inueniunt. Eum Gadatæ Gobryæque milites multi numero superant, interfectis etiam ijs qui cum ipso erant, ac partim aliquid obijciebant, partim se quacunq; re poterant, tuebantur.

Cyrus autem equitum ordines per uias dimittebat, edicens, ut si quos extra ædes inuenirent, eos necarent: qui autem manerent in ædibus, ijs per Syriacæ linguæ peritos denunciari iussit, ut intra ædes manerent. Quod si quis foris deprehenderetur, eum morte multandum esse. Et hi quidem hæc faciebant.

Gadatas autem & Gobryas cum accessissent, Deos primùm adorarunt, quod regem impium ultri essent: deinde manus & pedes Cyri deosculabantur, cum ex lætitia

444 IN DANIELEM PROPHETAM
ticia multum & lachrymarentur & gesti-
rent.

Posteaquē illuxisset, ac sensissent il-
li qui arces tenebant, tum urbem esse ca-
ptam, tum regem occisum, arces etiam
tradunt. Cyrus eas statim occupat & præ-
sidiarios cum præfectis in illas mittit.

Mortuos sepeliendi potestatem pro-
pinquis facit, facialesque proclamare iu-
bet, ut omnes Babylonij arma deferrent.
Vbicunque uerò arma in ædibus depræ-
henderentur, denunciabat omnes qui in
eis forent, morte multandos. Et illi qui-
dem arma deferebant, quæ Cyrus in arces
imposuit, quo parata forent, si quando eis
utendum esset.

Quæ ubi gesta fuerunt, primùm ar-
cessitis Magis, quia bello capta urbs ef-
set, iussit ut Dijs spoliiorum primitiæ ac de-
lubra seligerentur. Postea tum domos,
tum palatia distribuebat in eos, quos exi-
stimabat illorum quæ gesta fuerant esse
participes. Atque hoc modo distribue-
bat, uti decretum erat, præstantissimis præ-
stantissima. Quod si quis putaret sibi mi-
nus obtigisse, mandabat, ut accedens id i-
psum doceret.

Edixit

Edixit etiam, Babylonijs agros esse colendos, & tributum deferendum, & obsequia ijs præstanda, quibus singuli dati essent. Præterea ut Persas, & eos quibus res cum his communis esset, & socios quicumq; manere secum decreuissent, tanquam heros, quibus obtigissent, appellarent, mandabat.

PRÆLECTIONVM
IN DANIELEM
Prophetam

F I N I S.



184

THE HISTORY OF THE
CITY OF BOSTON
FROM THE FIRST SETTLEMENT
TO THE PRESENT TIME
BY NATHANIEL BENTLEY
VOLUME I
PUBLISHED BY
J. B. BENTLEY
1822

BASILEAE,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI:

Anno à CHRISTO nato,
CID ID XXCVII.

Mense Martio.

